coēm non eodē mō:quo ſumit.ſa ītij vt ſupra dr.
Ex qbus pȝ qꝛ ſomn⁹ longus ē malus ſaltē p
viā ſigni qꝛ ſignificat frigiditatē nimiā cerebri.
No.tñ circa ptē nō eē mētē gal.ꝙ ſomnus ſolū
fiat a frigiditate nō ꝯcurrente alia qualitate.ita ꝙ
velit ad ſomnū cāndū fritatē ſolā ꝯcurrere ſȝ vꝫ
ꝙ aliqñ ēt humiditas ꝯcurrit vt 4.º de accidēti.hic
āt ſufficit ꝙ fritas ꝯiūcta alicui aliaꝝ qualitatū tē
peramētū excedētiū ſufficit ad ſōnū lōgū cāndū.

q Verit vtꝝ ſomnus lōgus fiat a fritate ce/
rebri. Negatiue arguit ſic. Aliqs ſōnus
fit pp dñiū ſanguis ꝛ talis non fit a frita
te.igit ꝛc.minor ē clara. Maior ē auic.pria tertij
cº de cura ſbeth.vbi dicit i ılº āt q factus ē pp dñiū
ſāguinis oꝫ vt incipiat a flomia cephalice.iō mani
feſte fatet aliquē fieri a dñio ſāguis. 2º aliqs ſbeth
fit ab humiditate pura abſqȝ mā.igit ꝛc. Aſſᵐ eſt
auic.vbi ſupra.eodē cº vbi dicit illū āt.ſ.ſubeth q
factus ē pp dñiū humiditatꝭ pure q̄ nō eſt cū mā
oꝫ vt cures cū emplr̄is factꝭ ex karabe ꝛ flore ſgnā
ti ꝛc.hic ēt vult fieri ſubeth pp humiditatē purā ꝛ
ſic non pp fritatē. 3º aliqs ſomn⁹ fit ex ſola forti
cogitatiōe.ꝛ talis non oꝫ ꝙ ſit ꝑpter fritatē. igit
ꝛc.aſſᵐ ē auer.loco ſupra allegato aſſō pº. 4º ali
qs ſomnus grauis fit ꝑpter ꝯpreſſionē tipoꝝ aut
depſſionē oſſis ſupra pāniculo cerebri.igit aliqs
non fit ꝑpter fritatē.Et per ꝯñs aliqs ſōnus lō/
gus fit non ꝑpter fritatē. aſſᵐ ē auic.pria tertij cº
de ſubeth ꝛ in cº de ſignis eius. 5º ſi ſomnus lō
gus ꝛ ꝓfondus eſſet propter fritatē ſeqt ꝙ mot⁹
in eo nō eſſēt leuiores ſenſibus eius.ꝯñs ꝯ auic.cº
de ſignis ſubeth vbi dixit.ꝛ dr̄a inter ſubeth. ꝛ ap
poˢᵐ ē ꝙ qꝛ hñtes ſubeth poſſibile ē intelligere ꝛ
excitari.ꝛ ſūt motus eius leuiores ſenſibus eiuſ ꝛ
ꝯña arꝫ qꝛ fritas eſt magis ipeditiua motuū q̄ ſē/
ſuū cū multo maior caliditas reqrat ad mouēdū
q̄ ſentiēdū.itē qꝛ maior ſpūū q̄titas reqrit. 6º
in ſomno fit febris calefacto nimiū cerebro igitur
ſtat ſomnū eē cū nimia caliditate igit ꝛ ſomnū lō/
gū. Aſſᵐ docet expientia. 7º in freneſi alñ dormit
infirmus febre forti exñte ꝛ capite vehemēter cale
facto igit ſōnus lōgus ſtat cū mala ꝯplone calida
Et per ꝯñs nō fit a frigiditate. Vltimo.ſomnus
fit ab humiditatibus ſolis igit.aſſᵐ pȝ qꝛ medicie
vere ſōnifere ſūt humectatiue nō infritatiue vt 4.º
de accidēti ꝛ morbo.vltimo caº vbi dicit medicina
vera q̄ tm̄ humectat dignū ē vt dicat ſōnifera q̄ āt
ſenſū obtēdit ꝛ ꝯgelat nō eſt dicēda ſomnifera.

In oppoᵐ ē gal.i ꝯmēto in pte dicta nūc: ad eā
dē ptē ē auic.pª tertij cº.de ſubeth vbi dicit ois āt
ſubeth ex ꝯplone pēdēs ē pp frigus. Pº idē fac
auer.īde ſōno ꝛ vigilia.vbi dicit ꝙ ꝯctio calidi nālꝭ
ad interius corpis accidit pp ſuū ꝯriū ꝙ ē frigidi/
tas ꝛ humiditas queadmodū expan⁹ ꝛ mot⁹ ad ex̄
accidit ei pp calorē ꝛ ſiccitatē neceſſe ē vt nō acci/
dat ei hoc accñs apud ſōnū niſi pp fridītatē ꝛ hūi
ditatē q̄ dñant i cerebro. Idē vult ariſtoteles pº
de ſōno vltº cº vbi mouet qōnē ex quo ſōnus eſt
generaliter īfritio quō fiet ſōnus p calidā euapo/
ratiōē. Vbi dicit. q̄q̄ vtiqȝ dubitabit aliqs qꝛ
p⁹ cibū fit fortiſſim⁹ ſōnus ꝛ ē ſōniferꝝ vinū ꝛ alia
huiuſmodi calitatē hñtia.Eſt āt nō rationale ſom
nū qdē eē infritione cām aut dormiendi calitatem
hec ariſt.ꝛ pȝ intelligēti cām qꝛ ariſtoteles vult in
oīꝫ ſōno eē ꝑ ca infriationē cerebri vt teſtat auer.

Iſta qō viſa ē mihi ambigua ꝛ in qua varie phoꝝ
ſnie repiunt.in eius ḡ determinatione faciā duos
articulos. In prio ponā notabila ꝛ diſtinctiōes in
ſo rñſionē de q̄ſito. Quātū ad primū no.pº ꝙ d
rōne formali ſōni ē in potētia primi ſenſitiui ad ſē
tiendū recte p mediocres ſenſatōes exterioꝝ ꝛ ēt
reditus ſpūs ab inſtrumētꝭ ſenſus ꝛ motus ad ſu/
um principiū ſumendo redditū vt importat redit
aut rediſſe cū ꝓhibitione expanſionis qneadmoꝫ
in qōne prima huius particule. ꝙ.n.primū ſit de
ratione ſomni colligit ab ariſtotele.primo de ſom/
no de ſo colligit ab auic.prima tertij ꝛ auer.3º col
liget. Nota ſo ꝙ ex eadem q̄ſtione ois ſomnus
eſt paſſio primi ſenſitiui cū debeat eē illius virtutꝭ
paſſio ad quā ſeqt ligamentū oium ſenſuū ſit.

Nota tertio ꝙ ille ſecūde diſpoſitiones q̄ ſūt de
formali ratione ſomni in ſomno non per accñs ſȝ
per ſe ꝯiunguntur.pȝ qꝛ cū ſomnus ſit diſpoſitio
naturalis ꝛ a natura intenta ꝛ taleſ per ſe comple
te ꝯtingunt ꝛ non ſolū per accñs. Sequit ꝙ iſte
due diſpoſitiones in ſomno per ſe ꝯiungunt:ſ.i po/
tentia.ḡ primi ſenſitiui ꝛ ſpūū reditus ꝛ ꝓhibitio
expanſionis eis oꝫ ꝙ non per accñs ſed per ſe in
ſomno inuicem ꝯiungant. 4º no. ꝙ diſpoſitiōes
quaꝝ ꝯiunctio eſt per ſe oꝫ ꝙ aut vna ſit alterius
cā aut ꝙ ambe ab eadem cā ſint apte naturaliter
dependere.naȝ non videt alius modus ꝯiungen/
di per ſe tales vel alias diſpoſitiones. 5º nota ꝙ
nec in potentia primi ſenſus eſt per ſe retractiua
ſpūū nec redditus ſpūū per ſe facit primum ſen
ſum impotentē.primū pȝ qꝛ cū impotentia dicat
purā priuationem non erit vt ſic per ſe cā poſitiui

Scōm pȝ qꝛ hoꝝ ſpūū reditus potius facit ſē
ſum comunem potentiorem ꝑpter inſtrumenti ha
bundantiam q̄ ipſū redat impotentem. Pri/
ma ſuppoſitio omnis diſpoſitio primi ſenſitiui me
rito cuius eſt inſufficiens ad percipiendum recte
per mediocres ſenſationes exterioꝝ ſenſuū eſt ꝯ
plexionalis aut compoſitionalis aut ad vnitatem
pertinens.ꝓbat in eodem genere ſunt diſpoſitio/
nes membroꝝ merito quaꝝ operationes ſuas de
bito ſufficiunt facere ꝛ merito quaꝝ ledunt cū ge
nera lapſuū ſunt eadem hijs q̄ virtutem complēt
ḡ a ſimili in eodē genere debet eſſe diſpoſitio mē
bro intrinſeca reddens membrū inſufficiens licet
illa inſufficientia non ſit preternaturam cū diſpōe
per quam membrum eſt ſufficiens ad operandū
ſed diſpoſitiones per quas primum ſenſitiuū ſuf
ficit operari modo dicto ſunt complexiōales com
poſitionales aut vnitates igitur ꝛc. Ex iſto ſe
quitur ꝙ omnis ſomnus eſt diſpoſitio complexio
nalis aut ꝯpoſitiōalis aut vnitatꝭ pꝰ ſēſitiui. ꝓbat
qꝛ ois ſomnus ē diſpō primi ſenſitiui merito cuiuſ

ẽ inſufficiẽs ad ꝑcipiendũ igit̃ ⁊c. vt prius dicit̃.
Suppono ſo. ꝙ licet de caliditatꝫ rõe ſit iuuare
attractiuã ⁊ ſibi deſeruire tñ ꝓ̇ncipalia mẽbra nr̃i
corpis trãſmiſſiua ſpũs ad reſiduũ corpꝰ vl' ad al'a
ſibi ſubſeruiẽtia ꝑ augm caliditatꝫ nõ inclinant̃ ad
ſpũs retrahẽdos ſʒ potiꝰ ad ſpargẽdũ ipſos exte-
rius. hec ſuppõ colligit̃ hic de cã vigiliaꝝ ⁊ prima
tertij ⁊ de diſpõnibus cordis .i. l. tertij. Suppono
3° ꝙ qualitates ꝑ quas obtũdunt̃ virtutes cogno-
ſcitiue maxime ſũt frigiditas ⁊ humiditas. Colligi-
tur hoc ex gal. 3° interioꝝ. 5° c° vbi dicit vnde ſciat̃
ꝙ humiditas in ↄfuſiõe actõnis aie ẽ in 2° gradu
⁊ frigiditas in p°. Supono 4° ꝙ maior ⁊ fortior
retractio ſpũuʒ alijs ꝑibus ↄtingit ꝓ̱ ftitatꝫ augm
in ꝓ̇ncipio ꝙ̃ ꝓ̱ aliã qualitatẽ aliꝗ̃. Ex hac ſup
poſitiõe pʒ ꝙ ſincopis fortꝫ timor fortꝫ ⁊ ſõnus ma
xime vident̃ poſſe in corpibus fris accidere. P°
diſtinc° Sõnus qdã ẽ nãlis qdã nõ nãlis qdã pre
ternãm pʒ ſupra cũ ſua declaratiõe. 2a diſtinctio
aliud ẽ aliquã eẽ cãm ſõni ꝓfundi ⁊ aliud ẽ eẽ cãʒ
ſõni ſicut aliud ẽ eẽ cãʒ fortis albi ⁊ aliud ẽ eẽ cãʒ
fortis. nã ille oẽs dicunt̃ cẽ ſõni ꝓfundi ꝗcũqʒ ſũt
cẽ difficilis excitatiõis. mõ ſtat aliquas eẽ cãs diffi
cilis excitatiõis ꝗ tñ nõ ſũt cẽ ſõni vt patebit infra
P° ↄ° ois ſõnus ẽ diſpõ primi ſẽſitiui a qua ꝑ
mũ ſenſitiuũ reddit̃ ĩpotẽs ad recte ꝑcipiẽdũ per
mediocres ſenſatiões exterioꝝ ſenſuũ ⁊ ꝑ quã ipʒ
inclinat̃ ad ſpũs retrahẽdos ⁊ retractos reicien
dos ab inſtrumentꝫ ſenſus ⁊ motus. Iſta ↄ° pro
bat̃ ſic. Sõnus ẽ diſpõ ꝑ quã primũ ſenſitiuũ red
dit̃ ĩpotẽs ad recte ꝑcipiẽdũ ſʒ ab eadẽ diſpõne ĩ
ſõno fit primũ ſenſitiuũ ĩpotẽs ⁊ ſpũs retrahunt̃
⁊ nulla ẽ alia diſpõ ꝑter ſõnũ in ſõno neceſſaria h
duo faciẽs: a ſõno g° ẽt ſpũs retrahunt̃ ꝙ ãt ab ea
dẽ diſpõne in ſõno depẽdeãt iſta. arguit̃ q2 ꝑ ſe in
ſõno ↄiungunt̃ vt dicit 3a ſuppõ. g° vel vna ab alia
pendet vel ambe ab eadẽ. 3°. in ſõno exñte. ↄña te-
net ex ſuppõne 4a. Sʒ vna iſtaꝝ nõ pẽdet ab alia
vt dixit ſuppõ qnta. Reſtat igit̃ ꝙ ambe iſte diſpõ
nes ab eadẽ depẽdeãt. ꝙ autẽ nulla ſit diſpõ cor-
poris alia in ſõno ꝑ ſe ↄcurrẽs a qua ſic depẽdeãt
pʒ diſcurrẽdo. 2° ↄ° aliqs ſõnus ẽ ↄpl'onalis di
ſpõ ꝓ̇mi ſẽſitiui. ꝓbat̃. p°. ex mõ loqndi Aui. pria
tertij cũ dixit in c° de ſubeth. ois ſubeth ex ↄpl'one
pẽdẽs ẽ ꝓ̱ frigus. p° vbi vr̃ innuere ꝙ aliqs talis
ẽ q nõ ẽ ex ↄpl'one pẽdẽs. Cõfirmat̃ ſo. de ſõno
ꝓ̱ ↄpſſionẽ cerebri ab oſſe ⁊ ꝓ̱ ꝑcuſionẽ ⁊ ꝓ̱ for
tẽ cogitationẽ imaginãdũ ẽ. n. ꝙ cerebꝝ ↄſtrictũ ⁊
ꝑturbatũ in ſe merito huiꝰ diſpõnis fit ĩpotẽs ad
ꝑcipiẽdũ recte: ⁊ cũ h inclinat̃ ad retrahẽdũ ſpm̃
ab inſtrumẽtis ſenſus ⁊ motus. Et iõ talis ↄſtric°
ẽ ſepe ſõnus ⁊ ſilẽs ſõni accidũt ex ꝑcuſſiõe ĩ capi
te circa tẽpa ⁊ ꝑcuſſõe in ſtõ qñqʒ: ex iſtis ſeqt̃ non
oẽm ſõnũ nec oẽm ſõnũ lõgũ fieri ex nimia frigidi
tate primi ſenſus. Nã dñs Iacobus boninus ex ꝑ
cuſſiõe capitꝫ vſqʒ ad remotionẽ oſſ ſtetit ĩ ↄtinuo
ſubeth. 3a ↄ° nullus ſõnus ẽ ↄpl'o cal'a. ꝓbatur.
nulla talis calida ↄpl'o cerebri ẽ ꝑ ſe factia ĩpotẽtie
primi ſẽſitiui ad ꝑcipiẽdũ ⁊c. ⁊ retractiõis ſpũum

ab iſtrumẽtꝫ ſẽſus ⁊ motꝰ vt pʒ ex ſuppõnibꝰ. 4°
ↄ° poſſibile ẽ cerebꝝ cal'ʒ ↄpl'onal'r pati ſõnũ com
plexionalẽ. pʒ de febriẽtibus ⁊ freneticis in qbꝰ ſe
pe accidit ſõnus. ⁊ infrigidato capite cũ oleo roſa
ceo nõ obſtãte ꝙ poſt talẽ infrigidationẽ remãeat
cerebꝝ calidũ ꝑternãm. Correlariũ. nõ incõue-
nit idẽ mẽbꝝ ſil' ⁊ ſemel pati ↄpl'onẽ malã calidaʒ
ꝑternãm. ⁊ malam complexionem frigidaʒ peter
naturam. pʒ de cerebro patiẽte carabitũ ꝑ opium
dormiẽte. 5a ↄ° ois nãlis ſõnus ẽ fritas aut a fri
giditate p° depẽdẽs. iſta ↄ° p° videt̃ de mẽte Ari
ſtotelis. p° de ſõno vltimo c° vbi ſõnũ generaliter
dicit eẽ infrigidationẽ. Et ↄſtat ꝙ loqt̃ de ſõno nã
li. Sʒ ꝓbat̃ rõe ois ſõnus nãlis aut fit cũ ꝓfũdati
one ſpũs vitalis ad digerendũ cibũ. aut ꝓ̱ reſtau
rationẽ ſpũs in vigilia diſſoluti vt dr̃ pri° tertij ca°
de ſubeth. ⁊ hoc ſine ↄcurſu rei alicuius ꝑternãl'r
agẽtis ad ſõnũ cãndũ ſʒ qñcũqʒ ſic ẽ cerebꝝ retra
hit ſpm̃ ꝓ̱ frigiditatẽ ꝓ̇ncipal'r. igit̃ ⁊c. minor ꝓba
tur aut. n. talis retractio fit ꝓ̱ cerebri retractionẽ
principal'r aut ꝓ̱ humiditatẽ. Si nõ fieret princi°
a frigiditate ſʒ nõ fit ſic cerebri talis retractio nõ
exñte frigiditate ſine cã ꝑternãl'r ĩprimẽte vt con-
ſtat diſcurrẽdo ꝑ cãs ↄſtriciõis cerebri. g° oʒ vt fieret
ꝓ̱ humiditatẽ. ſʒ arguit̃ ꝙ nõ q2 humiditas non
facit cerebrũ retrahere ſpm̃ ſʒ vr̃ ſecũdario facere
ad ſõnũ cãndũ: q2 iuuat ad faciẽdũ cerebrũ impo
tẽs ad opandũ ipſius ſubaʒ relaxãdo. Aliter. n. in
ſufficiẽs valde fuiſſet Auic. ponẽdo mõs qbus hu
miditas fcit ſubeth cũ nunꝗ̃ ponit ex ea fieri niſi
q2 mẽbra relaxat ita vt ↄincidãt ⁊ claudant̃ vie ⁊
ꝓhibeat̃ ſpũs trãſire in frigiditate ãt ponit ꝙ ẽ cã
reditus ſpũs imme°. Preterea ſi ita eẽt eq̃ prio
poſſet humiditas eẽ cã ſõni ↄpl'onalis: ſicut frigi-
ditas cur poſſet eẽ immediate cã ĩpotẽtie ⁊ retrac-
tionis ſpũuʒ. ẽt lõgo tpe durãtiũ. ↄñs ẽ ↄ Auic. in
loco ſtatiʒ all'ato vbi dixit ꝙ ois ſubeth ↄpl'onalis
fit a frigiditate p°. ⁊ ab humiditate ſo. q2 illa cũ fri
giditate ↄcurrit ad ipſũ vel q2 humiditatꝫ cũ facit
ſubeth. nõ facit ĩmediate ſʒ mediãte alio puta mẽ
broꝝ tali relaxatiõe vt coĩcidãt ⁊ ꝓhibeat̃ excita°
dũmõ prius ab alio ſit facta retractio. 6a ↄ° pura
humiditatꝫ ſine ↄcurſu mẽ põt eẽ cã ſubeth ↄpl'o-
nalis lʒ ſit impoſſibile ſolã humiditatẽ ſine alteri-
us qualitatis ↄcurſu eẽ cãʒ ſõni ↄpl'onalis. prima
pars ꝓbat̃. ꝓ̱ humiditatẽ cerebri ↄtingit ſõnũ q
al's eẽt nãlis fieri ꝓfundũ ⁊ lõgũ igit̃ ſtat humidi
tatẽ eẽ ꝑ ſe cãm quare aliqs ſõnus ẽt faciet ſubeth
Aſſm pʒ ponẽdo ꝙ ꝑ infrigidationẽ nãlis euapo
rationis cibi cerebruʒ retrahit ſpũs vt dʒ ꝑ ſõno
nãli: ſed poſtea ↄiungat̃ humiditas abſqʒ nã me
rito cuius iſtrumẽta ſpũs ita relaxent̃ vt coĩcidãt
⁊ ꝓhibeãt ſpũuʒ retractionẽ lõgo tpe: ⁊ faciãt ſõ
nuʒ difficilis excitatiõis totũ pʒ eẽ poſſibile ⁊ tunc
patet prima ps ↄcluſionis. 2a ꝓbat̃: q2 pura hu
miditas ſine alterius ↄcurſu nõ põt eẽ cã retracti
onis ſpũs ab inſtrumẽtꝫ ſenſus ⁊c. niſi mediante
mala complexione. Et per conſequens non faciet
ſõnum compl'onalem. Aſſm patuit ſupra.

Ultima ꝯ. omnis ſomni longi complexionalis
cā ē frigiditas cerebri hoc ſit ꝑ mente gal. ⁊ pꝫ ꝑ
precedentes ꝯcluſiōes.iō omnis ſomnus longus
cōplexionalis purus ē a frigiditate aut ſumit̃ aut
a dñio. Ad argumēta principalia. Ad primū
ꝯcedit̃ añs ⁊ ꝯſequēs:quod aliqs ſomnus long⁹
nō fit a dnio frigiditatis ſꝫ talis ſomnus non ē cō
plexionalis ſomnus.ḡ factus a dñio ſanguinis nō
ē cōplexionalis. Nota tñ hanc ꝯñaꝫ non valere
Iſte ſomnus fit a caliditate. ḡ nō fit a frigiditate.
nā ſomni naturales ſm Ariſtotelē a caliditate fi
ūt eleuante euaporationē cibi ⁊ illi idē fiunt a fri
giditate illius euaporationis acqſita in ea in cere
bro ſicut vapores ī media regione aeris frigidi fi
ūt. Ad ſꝫ negat̃ ꝙ aliqs ſomnus cōplexionalis
fiat ab humiditate pura.i. ſine concurſu alterius
qualitatis.Ad argumētū cū dicit̃ ſubeth.aliqs fit
ab humiditate pura abſqꝫ mā.ḡ ſomnus fit ab hu
miditate. argumentū nō valet ad ſenſū medicoꝝ.
nā Auic.nō vult plus niſi ꝙ aliqñ pura humidi
tas abſqꝫ mā ē cauſa ꝙ aliqs ſomn⁹ ē ſubeth. qꝛ ē
cauſa qr̃ difficiter excitat̃.ꝓpterea ꝙ facit coincide
re extremitates neruoꝝ terminatas ad primū ſēſi
tiuū.⁊ ita difficulter penetrare ſenſationeꝫ exterio
rū ſenſuū ad organuꝫ ſenſus cōis nec plus voluit
Auic. Ad 3m dicit̃ ꝙ ſomnus ꝯñs fortem cogita
tioneꝫ aut fit ꝓpter mām attractā ad locuꝫ primi
ſenſitiui opilantē aut infrigidātē.aut fit qꝛ ꝯtrahi
tur primus vētricl's verſus ſm ⁊ ſic ꝯſtringuntur
meatus ad organa ſenſuū ⁊ ſomnus nō fit pure ꝯ
plexionalis. Ad 4m pꝫ qꝛ illi ſunt ſomni cōplexi
onales. Ad 5m neget̃ argumentū ⁊ cū dicit̃ fri
giditas ē magis impeditiua ⁊c.dicit̃ hoc cōceden
do alijs paribus.Sꝫ cauſa qr̃ motus ſūt leuiores
ſenſibus ē ꝙ in ſomno plerūqꝫ cū cōplexione con
iungit̃ opillatio ⁊ maxime in pri° vētriculo. vnde
oriunt̃ nerui ſenſitiui alijs ſenſibus a tactu ⁊ aliq
tactiui alioꝝ.ḡ ſenſuū operatio ē grauior. ſꝫ nerui
motiui q a poſteriori cerebro ⁊ nuca oriunt̃ circa il
las ptes nō exñte tāta opilatiōe plus ꝺ ſpiritu aia
li ad eadē penetrare pōt ⁊ ſic leuius pñt moueri
⁊ ſi dicat̃. ḡ ijdē leuius poterūt ſentire.ꝯcedit̃ ſi
tāgibile eque faciliter applicat̃:nūc āt motiui ner
ui ſūt multū corpori intrinſeci: Et iō tāgibilia nō
ita illis occurrūt vel dicas ꝙ impedimentū in ſētiē
do nō ē tm̄ ꝓpter frigiditatē facientē retractioneꝫ
ſꝫ ēt ꝓpter defectū ſpirituū in mēbris tā in ꝗ̄tita
te ꝗ̄ ꝓpter eoꝝ turbulentia vnde fiūt inepti ad o
pera motus. Ad 6m negat̃ illa ꝯña ſomnus lō
gus cōplexionalis ſtat cū mala cōplexione calida.
ḡ nō ē frigiditas nā nō incōuenit in eodē eſſe poſi
tiuā caliditatē preter nām ⁊ poſitiuā frigiditatem
preternām. Ad vltimū dicit̃ ꝙ medicina frigi
da ē magis ſomnifera ꝗ̄ humida. qꝛ tñ medicine
denominant̃ a fortiori effectu quē ſufficiūt facere i
corpus humanū ⁊ fortior ē ſtupor de quo ibi loqt̃
gal.q fieri pōt a medicina frigida ꝗ̄ ſit ſomnus.⁊
iō frigide ſūt denomināde ſtupefactiue nō obſtan
te ꝙ ēt ſint multo magis ſomni iductiue ꝗ̄ humi
de. Quis.n.dubitat ꝙ magis ē ſomniferꝫ opiuꝫ
ꝗ̄ aqua tepida.ſꝫ humide.qꝛ nō poſſūt ſtupeface
re ſed ſomnū inducere.iō dicūt̃ ſomnifere:ꝙ ſi di
cat̃ ibi gal.dicere auctoritate Ariſtotelis ꝙ oīs ſō
nus fit humectato cerebro ⁊ idē 3° interioꝝ qnto
cap° dicēs ꝙ ſomnus ab humiditate ⁊ vigila a ſic
citate dicit̃ ꝙ iſta ſūt verba abſolute ꝓlata. intentō
tñ Ariſtotelis fit ꝙ ab humiditate. i. a pñtia mēi
humide in cerebro q̄ mā tñ infrigidat dū facit ſō
nū vt vult Ariſtoteles.pri° de ſomno. ⁊ tu hic ꝯſi
dera ꝙ vigilia ē diſpō merito cuius ſenſus cōmu
nis ē potēs per exteriores ſenſatiōes recte percipe
re ⁊ ſpiritus a principio ad iſtrumēta ſenſus ⁊ mo
tus trāſmittit̃.ita vt poſſint opari per mediocria ꝑ
mouētia ⁊ vīō quō hic vigilia ſit ꝯueniēs cerebro
⁊ nāliſſima cōplexio ⁊ cōpoſitio dū ſit nālis. ꝑter
nālis aūt pōt eē ⁊ cōplexio ⁊ cōpoſitio nō ꝯueniēt
primi ſenſitiui ſed plurimū ē caliditas aut calidi
tas cū ſiccitate.vt prima tertij ca° de ſara. Cō
tra vigilie. Hic verificat de vigilijs dicēs ꝙ vigilie
fiūt ex caliditate primi ſenſus.i.organi ſenſus cō
munis ⁊ iſta caliditas aut fit ꝓpter ſimplicē cōple
xionē in cerebro ſine mā aut ꝓpter pñtiā mēi pu
ta colere:aut fleātis ſalſi qꝺ dicit gal.ſe in qbuſdā
libris alijs explanaſſe.Et iō ſufficit hic abreuiare
⁊ hoc totū ē clarū ex hijs q̄ ſupra dixi. Sicut ēt
Hec ē tertia ps principalis in qua narrat opinio
neꝫ quorūdā dicētium ꝙ vigilia nūꝗ̄ ē excedēs
modū ſicꝫ alij dixerūt de ſōno:⁊ pꝫ totū ⁊c.

## On plenitudo.

Ypo. in hoc affō intēdit n duas cōcluſiones. ſed eas ita cōiūgit ꝙ
textus nō videt̃ diuidēdus.pria igit̃ cō
cluſio ē hec.nulla repletio vel euacuatio egrediēs
mēſurā nāleꝫ ē cōueniens corpori in quo ē.ē bōa.
2° cōcluſio nulla alia res nō naturalis corpori
noſtro applicata extra mēſurā nāē cōuenientē eſt
bona.āhe cōcluſiones. ꝓbātur nª diſpō apta du
cere corpus extra latitudinē nāliū diſpōnuꝫ ē bo
na.ſed tā repletio excedēs nāleꝫ menſurā ꝗ̄ eua
cuatio ꝗ̄ ēt quelibet alia res nō nālis egrediens
mēſurā modo dicto ē huiuſmodi igit̃ ⁊c.pꝫ ꝯña ⁊
Aſſm ſtatiꝫ patebit. No.pri° ꝙ plenitudo ⁊ eua
cuatio qñꝫ ſumunt̃ ꝑ humore quo mēbꝝ eſt reple
tuꝫ vel paucitate vel priuatiōe humoꝝ. In euacu
ato aliquādo āt ſumit̃ replō ꝑ diſpoſitione mem
bri repleti puta extenſiōe dimēſionū eius ⁊ inani
tio ꝑ diſpoſitione mēbri inaniti quādoqꝫ vero ſū
tur ꝑ opationibus virtutū nāliū vt motus attrac
tionis humoꝝ ad membꝝ dicat̃ mēbri repletio:ex
pulſio eoꝝ dicat̃ euacuatio ⁊ quocūqꝫ mō capiat̃
affoꝛiſmus ē.verus. Nota 2° ꝙ hoc nomē indi
gentia quādoqꝫ ſignificat famē nāleꝫ. vt ibi. vbi i
digētia nō oꝫ laborare.quādoqꝫ famē caninā vt i
fra potus indigētiā ſoluit. Nota 3° ꝙ reꝝ circa
corpus humanū a medico ꝯſideratāꝝ tria cōiter
ponunt̃ genera res nālis res nō nālis ⁊ res pre
nām. Res nālis ē res ſm ſuū genus per ſe ordi
nata ad corporis integritateꝫ vel conſeruationem
effectiue

effectiue vel corpori intrinſeca ⁊ iſta ſunt elemēta
cōplōnes hūores mēbra virtutes ſpūs ⁊ opatiōes
Res vō nō nālis eſt illa q̄ ſm ſuū gen⁹ nō trāſ
cēdēs medici ꝯſiderationē neceſſario occurrit cor
pori debenti per ſuas etates decurrere. ⁊ pōt ſm
noſtre voluntatis imperiū cōuenienter vel incon
uenienter applicari corpori. ⁊ iſta dicuntur cōiter
ſex aer cibus ⁊ pot⁹ mot⁹ ⁊ qes ſōnus ⁊ vigilia in
anitio ⁊ repletio ⁊ accñtia aīe. res vero preternām
ē illa q̄ eſt per ſe ſanitatis vt ſic vel ſuoꝝ opeꝝ dete
rioratis aut nocumētū in ſanitate ꝯñs. ⁊ hui⁹ ſunt
tria genera. ſ. morb⁹ cā ⁊ accñs. qꝛ ergo res nāles
vt ſic ſunt corpori ꝯuenientes ⁊ res p̄ternām ſūt
inꝯuenientes. de iſtis ſic nō fuit optunū ꝙ ypo. di
ceret ꝙ exiſtentes magis nā ſūt male. ſꝫ qꝛ res nō
nāles ſub rōne qua tales poſſunt ꝯueniēter appli
cari corpi aut inꝯuenienter iō illa pars afforiſmi
neqꝫ aliud qōcūqꝫ fuerit ⁊c. ēt itelligēda eſt de re
bus nō nālib⁹ vt dixi i ꝯcluſione afforiſmi. Nō
4° ꝙ lꝫ iſta genera tria differāt ſm rationē. non tñ
ē inꝯueniens vnā ⁊ eādē rē illaꝝ eſſe nālē nō nā
lē ⁊ preternāꝫ. Nā ſanguis replens venas nimis
ꝓ quanto eſt hūor eſt res nālis. pro quanto eſt re
plō eſt res nō nālis. ꝓ quāto ē nocēs ⁊ cā morbi ē
res preternām. ita ēt pōt dici de ira ⁊ gaudio ⁊ ti
more nocentibus. ꝓ quanto ſunt opationes ſunt
res nāles. ꝓ quanto nocēt ſūt res preternām. pro
quanto ſunt accñtia aīe ſunt res nō nāles. Ex
quo ſeqꝇ ꝙ nō ē iꝯueniens replōnē eē rē nālem ⁊
tñ nocere ⁊ rē eſſe preternālē. itē ꝙ nō eſt incōue
niens eandē rē eē cibū ⁊ replōnē. 5° nō ꝙ reple
tionē vel inanitionē eē magis nā intelligiꝇ eē egri
tudinē a cōuenienti mēſura corporis eni applicaꝇ
vel in quo ē vt ita intelligaꝇ. in 2° cōclōne ſiue a ta
li ꝯuenienti mēſura egrediaꝇ per augmentū ſiue
ꝑ diminutionē vtroqꝫ eni mō res tales nō ſunt bo
ne. 6° nō ꝙ replōnē vel aliā rē eſſe extra menſu
rā nālē vel magis nā pōt intelligi dupliciter vno
mō ꝙ ſit extra menſurā cōuenientē corpori ſano
2° mō ꝙ ſit extra menſurā ꝓ tunc cōuenientē cor
pori in quo eſt vel cui applicaꝇ. ⁊ hoc 2° mō intelli
giꝇ. nā qñqꝫ eſt bona euacuatio vſqꝫ ad ſincopim
q̄ modo p̄mo eſt magis nā Ultimo nō ꝙ iſte reſ
oēs tā euacuatio ⁊ repletio ⁊ alie res nō nāles cor
pus cui obuiant ꝑmutant. ⁊ iō cū menſurā nālem
egrediunꝇ ēt ſūt apte inꝯuenienter permutare. ⁊
iō dicūtur magis nā ⁊ nō aliter. Et ex hoc appet
aſſumptū verificans afforiſmi ꝯcluſiones qꝛ talia
ſunt apta corpora nālitate educere. Nō vltimo
de replōne ⁊ ēt euacuatione ꝙ q̄dā ē talis quo ad
vaſa qꝛ ꝑ eā vaſa multū extendūtur q̄dā diciꝇ re
plō quo ad virtutē qꝛ ꝑ eā virt⁹ grauaꝇ ⁊ debilita
tur. exēplū primi vt ſiqs bono ſanguīe plenas hꝫ
venas ⁊ tumidas. exēplū 2i vt p̄ñtia pauci humo
ris ⁊ mali in ſtomaco. Cōcordia afforiſmi hētur
tertia p̄mi doctrīa 2° ca° de hiis q̄ ꝯueniūt ex eua
cuatione ⁊ retentione. Ex iſtis volo ſolutū eſſe
ad dubia hic moueri ſolita p̄mū vtrum plenitudo
magis nā ſit mala. certū enim eſt ꝙ ſi intelligatur
magis nā ad ſenſuꝫ dictū. ſ. ꝙ excedat menſuram
plenitudinis ꝯuenientis corpori in quo eſt ꝙ ipſa
eſt mala. ⁊ ſi dicaꝇ ꝙ attlete ſunt in hac plenitudi
ne q̄ eſt bona negaꝇ ꝙ ſit bona vel ꝑſeuerantē for
tis talis attletaꝝ diſpō vt diciꝇ ꝑticula p̄a 2m du
biū vtrū plenitudo ⁊ inanitio magis nā ſint cau
ſe morboꝝ vel eſſe poſſint. diciꝇ. n. ꝙ ſic qualitercū
qꝫ plenitudo ſumaꝇ. Itē pōt eē morbus ſiue ſu
matur ꝓ mēbri repleti diſpōne ſiue ꝓ humore re
plente. Nā ſicut lapis in veſica ē morb⁹ ita nō re
pugnat hūorē in oculo eſſe morbū ⁊ tñ pōt eſſe cā
vt prediciꝇ ⁊ ſignū ⁊ ēt accñs morbi eiuſdē.

Cum in precedenti. Gal. i iſto cōmē
to p̄mo oſtendit qd generali
ter intelligaꝇ in iſto afforiſmo 2° tangit cām ipſuꝫ
verificantē. ibi exiens ergo. Dicit primo qꝛ hoc in
precedenti afforiſmo intellexit iō hic ſpecificauit ⁊
voluit dare intelligi ꝙ ſanitas eſt tēperamētum ⁊
equalitas ⁊ iō nō debent ſanitatis cōſeruantia ex
cedere mediocritatē. De pte 2a dicit ꝙ ex dicto ſe
qtur ꝙ corp⁹ exiens tēperamētū ⁊ equalitatē pro
culdubio incidit infirmitatē ex quo egrediꝇ ſanita
tē ⁊ addit ꝙ ſi iſte egreſſus a tēperamēto eſt mul
tus tūc ē morbū. ſi vero paucus tūc ē cā morbi. ſ.
ſalti ꝑpatia ad hoc vt corp⁹ facili⁹ egrotet Circa
p̄mū dictū adde ꝙ ſanitatis eē equalitatē eſt intel
ligendū ſanitatē eē diſpōnē equalē. ſ. ad iuſtitiā. iu
ſtitia eni ē diſpō ꝓportionata ꝑfectioni opationū
⁊ cū ab illa ꝓportione ad opationes ꝑficiēdas re
moueꝇ corporis diſpō. dꝛ infirmū corpus aut non
ſanū vt ſtati dicā Circa 2m dictū attende ꝙ hoc
nomen infirmitas ſignificat oēm diſpōnē non fir
mā ſicut eſt ſanitas. ⁊ qꝛ neutralitas eſt diſpō non
firma iō neutralitas dꝛ infirmitas. Ex quo ap
pet hoc argumētū nō valere hoc corp⁹ ē infirmū
ergo ē egrū. pꝫ 2° quod illud quod hic diciꝇ exiēs
ſanitatē incidit in iſirmitatē eſt verū nō repugnās
poſitioni neutralitatꝭ qꝛ neutralitas in infirmitate
ꝯtineꝇ. ⁊ iō gal. ſubiūgit illam de paruo ⁊ magno
exitu diſtinctionē. Nō 2° ꝙ aliud eſt mēbrū ali
quod in ſuis operationibus impediri ⁊ aliud ē ip
ſuꝫ ledi ſm modū loquendi medicoꝝ. Ipſū eni le
di eſt ꝓhiberi a recte operando merito deffectus
preternaturalis in aliquo inſtrumēto naturaliter
reqſitis in corpore humano ad talē operationem
verbigra. ad viſionē in cornea cauſandū requiriꝇ
debita cōplō ⁊ pō criſtalline ⁊ albuginei ⁊ cornee
⁊ neruoꝝ obticoꝝ ⁊ ſpūuꝫ in quocūqꝫ iſtoꝝ fuerit
aliquis deffect⁹ p̄ternām in diſpōne reqſita ad vi
ſionē cauſandā merito cuius criſtallia nō ſufficēt
videre recte ⁊ perfecte dicim⁹ criſtallinā ledi ſꝫ mē
brū impediri eſt qualitercūqꝫ impediri a perfectio
ne operationū ſiue per talē deffectū ſiue per cau
ſam extrinſecā ſiue quōcūqꝫ vt faciendo vnā opa
tionē ꝓpterea ꝙ illi vacat virtus nō pōt ſimul al
teri vacare oibus iſtis modis dicim⁹ mēbrū impe
diri vñ montes impediūt ad viſione reꝝ q̄ ſūt poſt
montes ⁊ arma a curſu ⁊ funis a motu manuū cū
ligātur. cū tñ nullū illoꝝ mēbroꝝ ꝓpter hoc dicaꝇ

leſum.⁊ q₂ egritudo ē diſpō ledens operationes ⁊ ſimil'r neutralitas.iō nulla illa₂ re₂ ē egritudo aut neutralitas ⁊ nullū taliū corpo₂ eſt egrū vel neutrū. Ex qbus ſeqt̃ primo ꝙ nō iō hoīem ligatū nō dicimus eſſe egrū.q₂ diſpoſitio impediēs ſit dependēs a cā ꝑmitia.ſ₃ rō eſt q₂ illa nō ledit opationes l₃ impediat. ſeqt̃ 2° illū q patit̃ malam cōplōnē pēdētē a cā ꝑmitia q̄ mala cōplexio ledit ſenſibiliter operationes eſſe egrū. Seqtur 3° diſpōnes aliquas ex toto ineſſe pēdentes a ꝑmitiua cā eſſe egritudies aut neutralitates Sequit̃ 4° ꝙ qlib₃ exiens ſanitatis ⁊ remanēs in vita egreditur īfirmitatē aut neutralitatē.⁊ tu iſtas truſas tene mēti amplius ꝑmo tegni eas declarauimus pp 3ᵐ dictū ꝯſidera.ꝙ ille ē multus exit⁹ a ſanitate a quo p ſe ⁊ immediate ſenſibiliter ledunt̃ opationes ⁊ per ꝯñs eſt egritudo.Exitus aūt puus aut ē cōplonalis aut cōponalis aut vnitatis ⁊ qlibet talis aut ē cā morbi factiua ⁊ corporea.aut ē cauſa preparatiua corporis ad facilem caſum in morbo dicit̃ tñ neutralitatis a gal.primo tegni ⁊c.

l

## Abores ſpontanei.

Concluſio afforiſmi eſt hec.laſſitudines ſpontanee ſunt ſigna ꝓnoſtica morbo₂. ꝓbat̃ iſte laſſitudines ſignificāt in corpore pñtiā cauſe factiue morbi igit̃ ⁊c.aſſūptū patebit ſtatim.

Nō primo ꝙ hoc nomē labor ſumitur hic pro laſſitudine.licet ſupra ꝓ nocumento ⁊ alibi ꝓ multa mā ſumat̃. Nō.2° ꝙ laſſitudo eſt ipotentia virtutis motie coniuncta triſti ſenſationi tactiue i cute ⁊ quaſi totius ambitu muſculo₂ q̄ triſtis ſenſatio apud motū ⁊ cōpreſſionē ē maxime apta excitari. Nō.3° ꝙ laſſitudinis ſpecies a gal.ponūtur tres ſimplices.3° de regimine ſanitatis.ſ.extēſiua vlceroſa ⁊ apoſtemoſa ſiue inflāmatiua.Eſt aūt extēſiua laſſitudo impotentia mouendi cū ſenſu nimie extenſionis mēbro₂.vlceroſa cū ſenſu nimie mordicationis.apoſtemoſa ē cū ſenſu extēſionis ⁊ ſupercalefactionis qualis in apoſtemate ſentitur.ſ₃.4ᵉ ſunt cōpoſite.ſ.extenſiua vlceroſa. extenſiua apoſtemoſa.apoſtemoſa vlceroſa.extēſiua apoſtemoſa vlceroſa vt eodē loco ex ga.colligitur.

Nō 4° ꝙ iſte laſſitudines qñqꝫ ꝯtingūt ex cauſa extrinſeca ſicut verbigra.exercitio vel ſimili qñqꝫ cōtingūt ab intrinſeco ſine cā exteriori.⁊ iſti dicunt̃ labores ſpōtanei hic ab ypo.ita ꝙ per ſpontaneos itelligit eos q fiūt ſine cā extrinſeca nō ga fiūt a nā. 5° no.ꝙ labores q fiūt ab exercitio ñ ſunt malū ſignū vt habet̃ 4° de regimine ſanitatiſ ⁊ 2ᵉ ꝑmi ſ₃ q₂ labor ſiue laſſitudo ab intrinſeco ꝓueniens ſi eſt vlceroſa ſignificat pñtiā humo₂ malo₂ pungitiuo₂.ſi vero eſt extenſiua ſignificat pñtiā hūo₂ in quāto peccātiū.ſi apoſtemoſa ſignificat pñtiā hūo₂ peccātiū in quāto ⁊ in quali. ⁊ iō quel₃ iſta₂ ſignificat pñtiā cauſe factiue egritudiſ hoc ergo mō iſte ſunt male p viam ſigni q₂ ſunt ſigna ꝓnoſtica morbo₂ futurorū ⁊ ita eſt verificata concluſio Ypocratis.

Ueritur vtrū labores ſpōtanei ſint ſigna
q ꝓnoſtica futuro₂ morbo₂. Negatiue arguitur ſic laſſitudo ſequens exercitiū non ſignificat futurū morbū ꝗ nec laſſitudo ſpōtanea aſſūptum p₃ ⁊ eſt gal.4° de regimine ſanitatis ita dicentis.i exercitijs imoderatis natus labor ſanatiuū eſt ſintboma que āt ſine hijs egrotatiuū.Et ſnia ꝓbat̃ q₂ labor extenſiuus ꝯñs exercitiū ita ſignificat pñtiā mlte mē ⁊ vlceroſus pñtiā mē mordicantis ſicut in ſpōte facto.igit̃ ſi pp hāc cauſam ſpōtaneus ē ꝓnoſticus morbi ſeqt̃ ꝙ piter nō ſpōtaneus ⁊ e cōtra. aſſūptū p₃ q₂ nulla alia cā inmediata aſſignat̃ co₂.vt tertia ꝑmi ⁊.3° ⁊ 4° de regie ſanitatis. 2° ſic laſſitudo talis eſt ſignū demōſtratiuū pñtis morbi ꝗ nō ē ꝓnoſticū p₃ ꝯñs.Aſſumptū ꝓbatnr q₂ ſignificat diſpōnē pternām ſenſibiliter operationes ledentē.cū eñi in ea ſit talis operationū leſio.Seqtur ꝙ in ea ſignificatur pñs cā talis leſionis ⁊ ꝙ in laſſitudine ſit talis ſenſibilis leſio.ꝓbat̃ q₂ ſenſitiua opatio ſenſibiliter leditur cū ibi ſit dolo₂.⁊ ex iſto ſeqt̃ talia corpora nō eſſe ſana ſ₃ egra cū ſint in ſuis opationibus ſenſibiliter impedita 3° laſſitudo apoſtemoſa nō eſt laſſitudo ſimplex nec laſſitudo cōpoſita ꝗ nō ē laſſitudo ⁊ per ꝯñs ſalti cū ipſa ſit nō erit ſignū futuri mo₂bi. 4° talis laſſitudo nō eſt accñs igit̃ ñ ē ſignū Aſſumptū p₃ primo q₂ nō eſt exiens mutatū nec qualitas mutata vt p₃ nec actio leſa cū nō ſit opationū ꝑuatio vel virtutis motiue ipotētia que nō eſt opatio. In oppoſitū eſt ypo. in afforiſmo in qōne erūt duo articuli.vn⁹ de ꝓpoſito. 2⁹ de mā tertii argmenti. Quātū ad primū nō ꝑmo ꝙ l₃ 2° tegni diuidātur ſigna indemōſtratiua pñtis diſpōnis rememoratia pterite ⁊ ꝓnoſtica future tñ nō ponit̃ diuiſio tamēꝗ neceſſario realiter diſtincto₂.nō eñi eſt incōueniēs vnā ſi eādē rē eē ſignū demōſtratiuū pñtis egritudinis ⁊ future ſanitatis ſicut vrina in febre cū ypoſtaſi alba leni ⁊ equali. ⁊ colore citrino ſignificat febrem pñtē ⁊ futurā ſalutē ⁊ labia vulneris boni coloris ſignificāt pñs vuln⁹ ⁊ futurā ſanitatē multo ēt minus eſt incōueniens ſignificare vnū pñtē morbū ⁊ aliū futu₂ vl' pñtē neutralitatē ⁊ futu₂ morbū. Nō 2° ꝙ doctores medicine cū dicūt ꝙ accñtia morbi ſūt aut actio leſa aut qualitas mutata aut exiens a corpore mutatū p actionē leſam nō tm̃ itelligūt opationē.q̄ recedit a pfectiōe opationū.ſ₃ p actionē leſā intelligūt tales opationes ⁊ virtutes vel corp⁹ vt ē ipeditū vel leſum in opando.nā ſi dicūt ꝙ actio eſt leſa ablate qñ nō fit ⁊ cōſtat tūc ꝙ nā ē talis actio ſ₃ dr̃ corp⁹ eē leſum reſpectu talis actionis faciende vel virt⁹ corpis eē leſa q₂ talē nō pōt facere ſub actione ꝗ leſa intelligūt ēt opationes eſſe hoc mō recedētes a ꝯuenietib⁹.iō nō ē icōueniēs virtutē eē accñs morbi ⁊ ꝟtutē vt ipotētē ad ſic l' taliter opandū.⁊ q₂ ois actio leſa eſt accñs morbi iō nō eſt incōueniēs virtutē eē accñs morbi. Et p ꝯñs eē rē pternām nō ſm ꝙ virtus ſ₃ ſm ꝙ actio leſa ad ſenſum dictū.q₂ virtus leſa vel impedita ex q⁹

ſeqꝛ ꝙ aliqua ẽ res pꝛeternãꝫ q̃ nõ indicat de ſui remotione virtus.n.eſt res preternãꝫ ꝛ nõ idicat de ſui remotione igiť ꝛc.cõcedit tñ ꝙ oĩs res preternãm idicat vt remoueať ab ea rõ ꝑternãlitatis vel vt ipſa remoueať. 3.ͦ nõ ꝙ ad hoc vt aliquod corpus denoĩetur egrũ ñ ſufficit aliq̃ꝫ ei⁹ opationẽ ſenſibiliter ledi ſꝫ oꝫ ſenſibiliter totũ ledi agregatũ ꝯſuetaꝝ opationũ vel debitaꝝ in cõi vita corpã igiť laſſitudines icurrẽtia eo ꝙ nõ nõbiliter reſpectu oĩuꝫ opationũ ſimul ſũptaꝝ ledũtur in opatõnibus nõ obſtãte ꝙ tactia opatio eoꝝ ſit ſenſibiliter ipedita ꝛ leſa nõ tñ dicũtur egra ꝛ ſi in illis ſit egritudo quo ad q̃dã mẽbra ſenſibilia. Ultimo no.ꝑ nũc teneri hic ꝙ laſſitudo nõ ẽ niſi virtutis ipotẽtia ad mouẽdũ ꝯnõndo vt ſupra dť ꝛ cõſtat ꝙ talis ipotentia ẽ virtus ipotens ſm cõem viam hodie currẽtẽ. Quidã tñ p laſſitudinẽ itelligũt talẽ triſtẽ ſenſationẽ ſꝫ ꝑ nũc ſequamur hec cõia dicta qꝛ nõ ẽ magna vis. Hiis igiť habitis ſit ꝑma ꝯcl'o iſta oĩs laſſitudo ẽ res ꝑternãm.ꝑbať qa ẽ accñs aut morb⁹ aut neutralitas. 2ͣ cõcl'o nulla laſſitudo eſt egritudo.ꝑbať qꝛ nulla talis ẽ niſi virt⁹ ſꝫ ꝯſtat ꝙ virtus nõ ẽ egritudo. 3.ͣ ꝯcl'o nõ oĩs laſſitudo indicat de ſui remotione cũ virt⁹ nõ ita indicet. 4.ͣ ꝯcl'o ꝛ ſi in qualꝫ laſſitudine ſit ſenſibilis leſio preternãm alicui⁹ opationis nõ tñ omne corp⁹ patiẽs laſſitudinẽ ẽ egrũ.ꝑma ps pꝫ i 2ͦ argumẽto.2.ͣ ꝑbať qꝛ lꝫ quo ad ſenſationẽ vel ſenſitiuã opationẽ ſit ſenſibilis leſio.tñ a cõſuetis operationibus tale corp⁹ nõ eſt ſenſibiliter remotũ. 5.ͣ cõcl'o oĩs laſſitudo ſpontanea eſt ſignum ꝑnoſticũ futuri morbi ꝑbata ẽ in notatis afforiſmi Quãtũ ad 2ᵐ nõ ꝑmo ꝙ in laſſitudine eſt in potentia recte mouendi ꝛ ſenſatio triſtis pꝫ ex ga. 4ͦ de regimine ſanitatis ꝑpe principiũ p mediaꝫ colũnã.ex hoc ſeqťr nullã laſſitudinẽ importare tantũ ſimplicẽ diſpõnẽ. 2ͦ nõ ꝙ laſſitudo iõ dicitur cõpoſita qꝛ in ſe ſolũ includit rõnẽ laſſitudinũ ſimpliciũ nulla ſup addita cõnõtione vltra cõpõnẽ rõnis ſimpliciũ verbigra.ſi eẽt vnũ corp⁹ in quo mẽbra tenderenť ꝛ ſentireť dolor extenſiuus ꝛ cũ hoc acredo ꝛ quaſi punctura acuuꝫ tunc ſi nulla alia ratio laſſitudinis cõiungať dicim⁹ ꝙ illa ẽ laſſitudo cõpoſita.ſimplex aũt dť laſſitudo q̃ habet rõnẽ laſſitudinis aliã ab agregato ex aliis laſſitudinibus lꝫ in ea aliaꝝ laſſitudinũ rõ icludatur. No.2ͦ ꝙ apoſtemoſa laſſitudo ſentiť ac ſi mẽbra eſſent cõfracta cũ inflãmatione ꝛ inflãmatio nõ ẽ de rõne vlceroſe nec de rõne extenſiue.

Ex qb⁹ pꝫ reſpõſio ad difficultatẽ q̃rentẽ circa mãm tertii argumẽti ponẽdo duas ꝯclones. ꝑma laſſitudo apoſtemoſa eſt magis cõpoſita q̃ꝫ laſſitudo vlceroſa vel extenſiua.pꝫ qꝛ plures includũtur ꝯditiones ad hoc ꝙ dicať apoſtemoſa q̃ꝫ ꝙ ſit aliqua aliaꝝ.ſcḋa ꝯcluſio laſſitudo apoſtemoſa ẽ ſimplex laſſitudo.pꝫ qꝛ habet rõnẽ laſſitudinis nõ tñ aggregatã ex rõnib⁹ aliaꝝ laſſitudinũ. Hiis habitis rñdeť ad argumẽta añ oppoſitũ.Ad primũ negeť ſimilitudo.ad.2ᵐ negeť ꝯña vt pꝫ in q̃one

Ad 3ᵐ pꝫ in 2ͦ articulo. Ad.4ᵐ dť ꝙ ẽ accidens ꝛ ad ſenſum medicoꝝ actio leſa vt dicitur in primo articulo.

**Nomen laboris.** Gal.in ꝯmẽto facit 4ͦʳ ꝑmo oñdit qḋ hic per laborẽ intelligere debem⁹.2ͦ ponit diſtinctionẽ laboris hoc mõ accepti.3ͦ oñdit cauſas cuiuſlꝫ mẽbri diuiſionis 4ͦ verificat affoᵐ ex dictis.ibi 2ͣ.q labor.ibi 3ͣ.cã ꝑmi.ibi 4ͣ.quod cũ ita. De ꝑma dicit hic nomẽ laboris nõ ſignificat h nimiũ motũ ſꝫ effectũ ꝯñtẽ nimiũ motũ.ſ. laſſitudinẽ q̃ laſſitudo ſi ꝯtingat ſine motu nõ dť labor vel laſſitudo abſolute.ſꝫ cũ iſta determinatione ſine cã manifeſta.Et de iſto intẽdit ypo.hic cũ dixit labores ſpontanei.ꝛ ſic pꝫ ꝙ ſpõte ſumiť hic ꝑ vt ſignificat ſñ cã.i.ſñ cã mãifeſta. Qui labor.ponit diſtinctionẽ ſupra poſitã que habeť 3ͦ ꝛ 4ͦ de regimine ſanitatis ꝛ qnto de accñti ꝛ ſcḋa ꝑmi ꝛ ẽ qḋ laſſitudinũ q̃dã ẽ vlceroſa in qua cũ ipotentia mouendi ſentiť mordicatio ſimilis mordicationi vulneꝝ puoꝝ.Et iõ iohãniculus inſurgit dicẽs ꝙ vulnus eſt diſſolutio ꝯtinuitatis in carne ꝛ ſepationis iuncture.i.ſolutio ꝯtinuitatis quocũ qꝫ mõ fiat laſſitudo aũt alia.ſcḋa ẽ quaſi dolor thetani.i.extenſionis mẽbri ꝛ intelligo ꝙ laſſitudo ñ eſt iſte dolor ſꝫ eſt ipotentia mouendi cũnotando hũc dolorẽ.tertia ẽ ſpẽs in qua ſentiť dolor ſimiliſ dolori apoſtematis.ſ.cũ intenſione ꝛ iflãmatione

Cã primi. Ponit cauſas haꝝ ſpẽꝝ dicens ꝙ cã ꝑmi ſũt mali chimi.ſ.ſpãli qualitate mordicãtia peccãtes.cauſe 2ͤ ſunt multi chimi quia humores peccãtes in quanto.cauſe tertii ſunt humores peccantes in quãto ꝛ quali. Qḋ cũ ita. Infert ex dictis ꝙ iſta ẽ cã quare iſti labores ſignificant futuros morbos.qꝛ.ſ.ſignificãt ꝑñtiã male materie q̃ tãdẽ morbi ẽ factia.Et qꝛ hec oĩa ſatis i afforiſmo dicta ſunt nõ opꝫ amplius dicere ꝛc.

**Uicunqꝫ** dolentes. Concluſio iſtius afforiſmi eſt iſta q in oĩbus hominibus quoꝝ mẽbris ſenſitiuis eſt applicata cã fortis doloris factia eo mõ.quo eſt eius factia.ꝛ q hãc cãm nõ ſentiunt egrotat mens.ꝑbať qꝛ in oĩbus talib⁹ opatõ mentis ẽ ſenſibiliter leſa ꝛ preternãliter.igiť q̃tũ ad mentẽ ẽ egra.aſſũptũ ſtati declarabitur. Nõ primo ꝙ hoc nomẽ doloris q̃nq3 ſumitur ſtricte ꝑ actu dolendi.q̃nqꝫ large ꝑ cã doloris cãtiua vt cũ dicim⁹ aliquẽ dolorẽ eẽ calidũ aut frigidũ qḋ non eſt verũ de actu dolẽdi ſꝫ de cã.ꝛ hoc mõ ſumitur hic vt patebit in cõmẽto vtroqꝫ tñ mõ verificať afforiſmus. Nõ ſcḋo ꝙ hoc nomẽ mens q̃nqꝫ ſũitur ꝑ intellectu q̃nqꝫ pro virtute memoratiua que eſt cognoſcitia p ſpẽs i memoria reſeruatas q̃nqꝫ largius ꝑ oĩ virtute cognoſcitia iteriori ꝛ iſto mõ ſumitur in ꝑpoſito. No.3ͦ ꝙ ſiue dolor ſumať p cã doloris illatia ſiue ſumať ꝑactu doloris virtus interior oꝫ q̃cũqꝫ ap.ꝑmať ita cã doloris cauſatiua dolorẽ ꝑcipe nam naturaliter interior virtus debet percipere obiecta ꝛ opationes exte

rioꝝ virtutum cognoſcitiaꝝ. 4º no. ꝙ ſi talis cã
doloroſa approximat ⁊ nõ ꝑcipit hoc ẽ aut q̃ extẽ
ora mẽbra ſũt in diſpoita ad ſẽtiẽdũ aut q̃ virtus
ĩterior ẽ in ſe ĩpedita ab huiuſmõi ꝑceptiõe. ⁊ hoc
ẽ tribus mõis aut.n.ĩpedĩmtũ ẽ in aliq̃ illoꝝ nãle
ſicut ſõnus ꝓfũdus. aut ĩpedimẽtũ ẽ ex nimia in
tẽtiõe ad aliã opationẽ ſicut accidit in forti cogita
tiõe aut ꝓpter ĩpedimẽtũ ꝑternãle merito defectꝰ
ĩ aliquo nãli inſtrumẽto reqſito aut in exteriori or
gano aut in organo virtutꝭ interioris ad recte opã
dũ. Ad ꝓpoſitũ ĝ intelligat ꝯº aſſõi vbi nõ ſen
tire ꝓueniat a cã intriſeca ꝑternãm. 5º no. ꝙ lʒ
egrũ dicat ꝓprie de mẽbro viuente ⁊ corpe aĩato
vt colligẽdũ ẽ in liº de ſenſu ⁊ ſẽſato. tñ quodãmõ
ĩproprie poſſumus dicere virtutẽ egrotare q̃ ledi
tur ꝑternãʒ ſẽſibilr̃ in ſua opatiõe. 6º no. duplĩr
dici aliqd mẽbꝝ egꝝ. vnoº per ꝓprietatẽ alio mõ p
cõitatẽ. illud egrotat p ꝓprietatẽ qd ledit per ſe ſẽ
ſibiliter in opatiõe merito defectus in aliq̃ nãli ĩ
trinſeco inſtrumẽto reqſito in eo ꝓ opatiõe. illd ãt
per cõitatẽ egrotat qd ledit merito defectuſ ĩ iſtru
mẽto mẽbri ſibi nãlr̃ ſubſeruire debentꝭ in tali opa
tiõe. Ex his ꝯcludit veritas aſſõi q̃ ſi eſt appli
cata cã fortꝭ doloris cãtiua mẽbris ſẽſitiuis eoº qº
ẽ doloris cãtia ⁊ nõ percipit deducto ĩpedimento
nãli vt ſõni ⁊ impedimẽto ꝓpter aduertẽtiã ad ali
am opationẽ ẽ oportunũ ꝙ ſit ꝓpter ꝑternãleʒ di
ſpõneʒ aut in organo exteriori aut in organo ꝓꝓe
virtutꝭ. Si pºº. verbĩg. q̃ mẽbꝝ eẽt ſtupidũ tũc mẽ
egrotat p cõitateʒ q̃ merito deffectus iſtrumenti
ſubſeruientꝭ. Si mõ. 2º tũc egrotat p ꝓprietateʒ. ⁊
ſic illis circõſtãtijs ꝯſeruatꝭ ꝙ ſi fortꝭ doloris cãtia.
⁊ ꝙ ſit ſufficienter mẽbro ſẽſibili applicata. eoº qº ẽ
doloris cãtiua ⁊ ꝙ nõ ſit ĩpedimẽtũ nãle ꝓpter ſõ
nũ nec ꝓpter dimẽſionẽ ad aliã opationẽ ſp ꝯº eſt
vera ad ſenſũ datũ. Ex qbus inferre põt pº ꝙ ñ
ẽ incõueniẽs intellectũ egrotare. 2º ꝙ aliqd põt p
cõitatẽ egrotare qd nõ põt per ꝓꝑetatẽ vt intelle
ctus cũ nõ hẽat corpeũ organũ. His ĝ lr̃alr̃ di
ctis qdã dubia circa hãc mãm breuiſſima ſũt trac
tãda. Primũ dubiũ ẽ vtꝝ dolor ſit qualitas ſen
ſibil' ⁊ videtur ꝙ ſic ex auic. ꝭa ſexti nãliũ cũ dixit
ĩ caº de tactu. dolor ĝ ⁊ remediũ doloris ſũt de ſen
ſibilibus ⁊ tactibilibus. 2º ad idẽ vr̃ ſnia pñtꝭ aſſõi
cũ includit dolorẽ ſentiri. 3º per hoc vr̃ experiẽtia
cũ multotiẽs dolemus nullo alio obo per exterio
rẽ ſenſũ percepto. In oppoſitũ argui' q̃ nulla
ſenſatio eſt ſenſibil' ꝑcipue exteriori ſẽſu ſʒ dolor ẽ
ſenſatio. ĝ nõ eſt ſenſibil' ⁊ ꝙ dolor ſit ſenſatio põt
colligi. ꝭa primi cº. de cãis doloris ⁊ maior ſumit
ꝭo de aĩa. In iſta qõne de re q̃ ẽ dolor ⁊ q̃ res ſit
inueni tres ſuppões ⁊ vnã addã. Sʒ ꝓ intellectu
pñe. no. ꝙ inueniũt ĩ aĩali virtutes cognoſcitiue
⁊ appetitiue aĩales q̃ ĩ appetendo ſequunt cogni
tiões nã vltra rei ꝑceptionẽ. videmus eſſe timorẽ
ſpeʒ delectationẽ triſticiã q̃ nõ ſũt cognitiões. ⁊ p
ꝯñs nõ ſũt opatiões virtutũ vt ſũt cognoſcitiue. ſʒ
ſequnt cognitionẽ virtutũ cognoſitiuaꝝ. qdã dicũ
tur interiores qdã exteriores ſiue manifeſte ꝯpſſi
ue. Interiores virtutes ſunt ille quas ĩpoſſibile ẽ
cognoſcere nõ ꝑcedẽte alterius virtutis cognitiõe
in eodẽ aĩali vt ſenſus cõis cogitatiua ⁊ eſtimatia
Sʒ exterioꝝ ſũt q̃ poſſũt nõ ꝑcedẽte cognitiõe al
terius virtutis cognoſcere. Prima ĝ poſitio vr̃
ꝯciliatoris dicentꝭ ꝙ dolor ꝓprie ſumẽdo dolorem
nõ ꝓ interiori meſticia ẽ qualitas per ſe ꝓprie tan
gibilis. ⁊ per ꝯñs per ſe ſenſibilis ⁊ fundamẽtum
eius maxime videt experientia. nã nullus vulga
ris certius diceret ſe videre niuẽ aut ſolẽ q̃ʒ ſe ſen
tire doloreʒ ex exteriori organo. ĝ nullo põt habe
ri maior certitudo de ſenſibilitate alicuius qualita
tis q̃ʒ habeat de dolore. Tãgit tñ quaſdã alias rõ
nes nõ multũ moleſtãtes imaginãdũ ĝ iuxta hãc
poſitionẽ ꝙ ſicut lumẽ nõ fit a ſole indifferẽter ĩ
quodcũqʒ ſʒ in diaphano. ita ẽt viſio nõ fit in vno
quoqʒ ſʒ in oculo ita correſpõditer hec qualitas q̃ ẽ do
lor nõ fit in qualibet re: ſʒ tm̃ in mẽbro in quo eſt
virtus tactiua ⁊ nõ ẽt ſp eſt ita diſpoſitũ tale mem
bꝝ vt ſit aptũ dolere. vt pʒ in mẽbro ſtupido. Cũ
ĝ membꝝ ꝑparatũ eſt ⁊ applicat cã doloris ſuffici
enti mõ tũc fit dolor ⁊ percipit a tactu ſicut ꝓpriũ
eiꝰ obm nõ obſtãte ꝙ ſit ſubiectiue ĩ mẽbro illo ita p
cipiẽte q̃ ꝭm menteʒ auic. ſenſatũ vero eſt illud qd
in orgão percipit vt dixi ꝑma primi. Dixit tñ ꝯci
liator ꝙ dolor ẽ triſtis ſenſatio. ſʒ negat ex illo ſeq
qd ẽ ſenſatio. Sicut nõ ſeqt ros eſt parua pluuia.
ĝ ros ẽ pluuia. Iteʒ nõ ſeqt pruia eſt parua nix. ĝ
pruina ẽ nix. Rõ ẽ q̃ hoc nomẽ triſtis ꝯtinuatũ il
li vocabulo ſenſatio diſtrahit illud a ſua ſignifica
tiõe ita vt ſignificet diſpõneʒ in organo ſẽſus extẽ
teʒ q̃ nõ ẽ ſenſatio ⁊ iſtã opinionẽ puto ſatis ꝓba
bilẽ. 2ª poſitio ẽ ꝙ dolor ẽ operatio vtutꝭ appeti
tiue. nã ſicut ſe hñt dolor ⁊ delectatio interiores ⁊
intellectuales ad ĩtellectũ. ita dolor ⁊ delicia ſẽſiti
ua ad ſẽſũ. Sʒ ꝯſtat ꝙ dolor ⁊ delectatio interiori
apud oẽs ponunt paſſiões ſẽſitiui appetitus vt vi
deri hʒ 2º ethiᶜ. igit dolor exterior erit paſſio appe
titus ſẽſitiui exterioris. dicit ĝ põ ꝙ tactu ꝑcipiẽte
obm p viã diſcõueniẽter ĩpmẽtẽ ſtati nãli ordine ĩ
ſurgit in appetitu ſenſitiuo ſecũ ꝯiũcto paſſio ĩcli
nãs ad nõ ꝑſiſtẽdũ ſb tali diſpõne que dicit dolor
ſicut obo ꝑcepto p ſenſum ſub rõne ꝯuenientis fit
delicia directe ſicut in virtutibꝰ interioribus iudi
ciũ de cõuenientia rei factũ p eſtimatiuam eſt nãli
ordine cã cõplacentie interioꝝ q̃ ẽ paſſio appetitus
⁊ e ꝯ iudiciũ de diſcõuenientia ſeqt diſplicentiã ſʒ
illos. ĝ dolor ẽ paſſio appetitus ſenſitiui coniuncti
cũ exteriori ſenſu ⁊ q̃ qlibʒ ſenſus aliquod obm
põt ꝑcipe p viã ꝯueniẽtis. ⁊ aliquod p viã incõue
niẽtis. iõ in quolʒ ſenſu põt accidere dolor large
accipiẽdo vt videt colligi quarto de acc̃ñti. ſʒ quia
tangibilia vt ſic per ſuas ĩpreſſiones que ſunt mã
les multo magis diſcõuenienter ĩprimunt q̃ʒ alia
ſenſibilia ⁊ magis cõuenienter. ideo iſta ſentiunt
ita vt ſic cõſeqt maior valde dolor ⁊ alteriꝰ modi
⁊ etiam maior delectatio ⁊ hinc eſt ꝙ reſtringitur
aliquãdo nomẽ doloris ad ĩportãdũ dolorẽ tacti
uũ ⁊ nõ aliũ ꝭm modũ loquẽdi medicoꝝ ⁊ nõ eſt

UNIVERSIDADE LIVRARIA DA

dubiū q̄ð tales paſſiões ponãt. Sʒ vtrū dolor ſit
talis paſſio vel nō videt mihi nō clare ꝓbare volē
do dicere ꝙ ſit ſenſatio exterioris ſenſus. ſʒ apud
alios cōtra iſtā opinionē ꝓcedūt argumēta ꝓ aliis
opationibus facta. 3ª opinio dicit dolorē eē ſen
ſationē obī tangibilis contrarij ſubito ꝛ mãliter
īpmentꝭ ita ꝙ obo approximato in mēbra tāgentia
īpmente mãlr ꝛ cōtrarie ꝛ velociter illud pcipitur
pceptione q̄ dr dolor ꝛ eſt opatio tactus. ꝛ pro iſta
opinione vident oēs auctoritates medicoꝝ ꝛ gal.
6° de accidēti dicentis ꝙ dolor eſt ſenſus tactus
ꝛ alibi ꝙ dolor eſt ſenſus triſtis ꝛ delicia ſenſus
hilaris ꝛ Auic. ſcða primi ꝙ dolor eſt ꝯtrarie rei
ꝯtrarietatē ſentire ꝛ in libro de viribus cordis.

Si qs aūt precedentē vult tenere opinionē di
cet ꝙ omnes iſte diffinitiones ſunt cauſales quia
exprimūt cām imediatā doloris q eſt talis ſenſatio
iſta tñ opinio ē cōtra quā quaſi oēs modū ſequūt

Cōtra hāc pōnē arguo ꝛ ſuppono ꝙ dolor eſt
pceptio rei per modū diſcōuenietis hoc pʒ ex auic
caº de cauſis doloꝝ. dixit enim dolor ē ꝯtrarie rei
ꝯtrarietatē ſentire. Suppono. 2° ꝙ delectatio ꝛ tri
ſtitia ſunt paſſiones apte ſeq cognitionē rei p mo
dū ꝯuenietis aut diſcōuenientis apphenſe. ita ꝙ
quālibʒ talē cognitionē eſt apta ſeq delectatio. aut
triſtitia ſine cōcurſu alterius cognitionis. Tūc
arguo ſic. ſi dolor eſt ſenſatio tactiua ſequtur ꝙ ſen
ſus poſſent pcipe rē p modū diſcōuenientis ꝛ pʒ
ꝯclō ex ſuppōne prima. ſʒ ꝯñs eſt falſuʒ. nā ex illa
ſequtur ꝙ nō vbicūqʒ ē ſenſus illic ē fantaſia ꝯñs ē
ꝯtra ariſtotilē 2° de aia tex. ꝯmēti 20. ſic dicētis de
aialibus anuloſ diuiſ. ꝛ eni ſenſus vtraqʒ ptiū ha
bet ꝛ motū ſm locū. ſi aūt ſenſuʒ ꝛ appetitū ꝛ ad
duxit ꝓ rōne ꝙ vbi ē ſenſus illic ē delectatio ꝛ tri
ſtitia. Qð āt ſequtur hic ꝙ nō vbicūqʒ eſt ſenſus
ſit fantaſia. ꝓbat q2 ſi oʒ eſſe fantaſiā maxime eēt
vbi eēt delectatio ꝛ triſtitia. ſʒ hoc poſſet eē p ſolū
ſenſū. igit maior pʒ ex rōne ariſtotel' ibi facta. ꝛ mi
nor pʒ q2 ſolus ſenſus eſt ſufficiēs ad percipiēdū
p modū cōuenientis vel diſcōuenientis ꝛ iſta iter
cognoſcitiuas virtutes ſufficit ad delectationē ꝛ tri
ſtitiā vt pʒ ex prima ꝛ 2ª ſuppōnibus. rō igit ſtat i
iſto pp nihil aliud reqrit fantaſia niſi vt res perci
piatur p modū ꝯuenientis vel diſcōuenietis ſʒ pp
hoc nō reqrit cū ſenſus ſufficiat. igit nō oʒ eē fan
taſiā in talibus vltra ſenſuʒ ꝯñs ꝯ Ariſtotilē loco
dicto. ꝛ maior pʒ diſcurrēdo p cauſas ꝛ ꝓceſſum
ariſtotelis ad ꝓbādū ibi eē fantaſiā ꝛ minor ē pō
nis iſti'. Alias ꝯ hāc pōnē deduxi plura argu
menta ſed ꝓ nūc nō curo. nā 3° tegni dixi diffuſi'

4ª pō q mihi poſt ꝑmā videt ꝓbabilior ꝓ cui'
intellectu ſuppono ꝙ cū exteriori ſenſu in organo
eſt virt' fantaſtica impfecta ꝛ virt' appetitiā.

Hec ſuppō pʒ ex ariſtotile. 2° de aia loco allega
to ꝛ ex auero. cōmēto. 20. nā in cauda lacerte vbi
nō eſt organū cognoſcitiuū ꝑter tactū eſt tñ fanta
ſia vt aueroys vult illo loco ſed eſt imperfecta.

Supponēdū 2° ꝙ fantaſia īperfecta nō reqrit
ad opationē appetit' exñtis in organū tactus niſi
vt percipiat rē p modū ꝯuenientis vel diſcōuenie
tis. pʒ ſuppō cū nulla alia cā aſſignari poſſet.

Ex iſtis ſeqt ꝙ ſenſus vt ſic nō eſt cognoſcitiu'
obī p modū ꝯuenietis vel diſcōuenietis. pʒ ſuppō
tūc eni fantaſia nō eēt ad op' appetit' neceſſaria.

Seqt. 2° ꝙ dolor nō ē opatio ſenſus tact' vt ſic
q2 dolor nō ē pceptio rei per modū diſcōuenietis.
Sequtur 3° ꝙ dolor ē opatio iſtius fantaſie ipfecte
nā dolor ē in organo exterioris ſenſus vt nō. expe
rientia ꝛ ē cognitio aut ergo erit ſenſitia aut hui'
fantaſie ipfecte opatio. ſʒ nō ē ſenſitiua. Reſtat
ergo ꝙ ē hui' fantaſie iperfecte opatio. ſʒ ſi q̄ratur
vtrū in oī aiali iſta fantaſia iperfecta repiat. dicen
dū ē ꝙ ſic. nā primo in lubricis ꝛ iperfectis iueni
tur. itē in ſerpentibus i qbus fantaſia iperfecta ꝛ
fortis eſtimatia viget. ꝛ tñ eſt hec iperfecta fātaſia
vt pʒ in ptibus deciſis q viuūt. ꝛ ſi q̄rat 2° q ſunt
hui' fantaſie opa dr. ꝙ ſunt pcipe rē p modū ꝯue
nientis vel diſcōuenientis. nō tñ pōt eo mō pcipe
intētiones oēs inſenſatas nec ita diſcurrere vt eſti
matiua. ꝛ ſi dicat ꝙ tūc iteriores virtutes eēnt plu
res ꝗ poni ſolebāt ꝑma ꝑmi. dicit ꝙ medici non
curāt iſtā virtutē a ſenſibus exterioribus ponere
diſtinctā cū ab illis nō differat ſubo vel tēperamē
to quo mediante opatur. ſʒ differunt rōne. ꝛ hinc
eſt ꝙ medici oēʒ dolorē ꝓpe dictū dicūt tactiuam
paſſionē q2 ē paſſio fantaſie tactus ꝯñtis. ꝛ illa ñ
cōſideratur a medico tāꝗ diſtincta ſm ꝗ ꝑmā pō
nē pʒ rñdēdo ad dubiū. ꝙ dolor ē qualitas ſenſibi
lis p ſe tactu. ſʒ iuxta tres alias pōnes licet dolor
nō ſit ſenſibilis exteriori ſenſu. ē tñ ſenſibilis ſm
viā cōem iteriori ſenſu ꝛ ita afforiſm' pōt verifica
ri nō ſolū de cā doloris ſed ēt de dolore. Ad ar
gumēta principalia ſequendo has vltimas vias.
reſpōdeo primo ꝙ auic. fuit illius opinionis vl' q2
p dolorē itellexit cauſā doloris. Ad 2m pʒ quia
hic ypo. itelligit de cā doloris. ad 3m dicitur cōpre
hendi in caſu illo obm ſʒ nō diſtincte. vt calidū vl'
frigidū: ſʒ vt cōtrarie imutans ꝛ dolor nō cōpre
hendit ſenſu exteriori ſed interiori. Secūdū du
biū q2 vr ꝙ applicata cā fortis doloris organo ta
ctus ꝙ neceſſario mens egrotat. nā ſi nō percipit
dolorē mēs egrotat. ꝛ ſi hoc ſit pp defectuʒ mēbri
exterioris egrotat p cōitatē q2 mēbrū ſibi deſerui
re debens egrotat ꝛ eſt ipeditū vt dicitur ſupra. ſi
vō dolor pcipit itē mens egrotat. Quod ſic ar
guo mēbrū exterius ſi eēt ita ſtupefactū ꝛ leſum
vt diminute ſentiret mēs egrotaret p cōitatē iuxta
dicta igitur ſi mēbrū ita leſum eſſet vt corrupte ſē
tiat cū ſit magis leſum oʒ a fortiori mens ita egro
tare p cōitatē. Hic dicit ꝙ cā fortis doloris ita
poſſet indiſponere organū vt merito huius icōue
nienter deſeruiret ſenſui interiori ſenſibilia repre
ſentando ꝛ tūc mēs egrotaret alñ aūt nō ita fieret
ꝛ tūc nō egrotaret mens merito illius. ꝛ qñ dicit
p diſpōnē mēbri diminute ledētē operationē mēs
egrotat. igit p diſpōnē magis ledentē a multo for
tiori egrotaret ſed magis ledit per diſpōnē doloro
ſam ꝗ per diminutam hoc a multis negatur. imo

ſtat ꝙ minus ledatur mẽbrũ cuiꝰ opatio ē corrup ta ꝙ̃ mẽbrũ cuiꝰ opatio ē diminuta vt ſtupidũ ma gis eſt egrũ ꝙ̃ dolẽs ex leui percuſſione.ex quo ſe qtur ꝙ nõ oĩs actio leſa corrupta ē magis leſa ꝙ̃ diminuta Uel aliter dicit̃ ꝓcedendo ꝙ in certo do lore magis leditur opatio ſenſus exterioris ꝙ̃ in vna data ſenſibili diminutione ⁊ tñ leſio diminueſ reddit mẽtẽ egrã ⁊ leſio magis corũpẽs operatio nẽ ſenſus exterioris nõ reddit mẽtẽ egrã.nã leuis oppilatio in neruo obtico multo plus ledit viſionẽ ꝙ̃ forte mala cõplo eiuſdẽ mẽbri.Et iõ ſtat p vnũ puũ morbũ nerui obtici dici oculũ egrũ p cõitatẽ ⁊ p aliũ magnũ nõ. no.tñ ꝙ mẽbro exteriori dimi nute pcipiente obm pp egritudinẽ ſuã virtus inte rior ẽt diminute percipit ſed exteriori mẽbro cor rupte percipiẽte ẽt q₃ dolor ſe nõ o₃ ꝙ virtus iterior corrupte percipiat.nã dolor nõ dr̃ actio corrupte leſa q₃ obm percipiat̃ aliter ꝙ̃ debeat percipi a ſe ſu taliter applicato obo.ſed q₃ eſt ſenſatio ita exce dẽs cõuenientiã ⁊ ꝓprietatẽ ad ſpẽ₃ tactus ꝙ nul la talis põt inveniri organo mẽ nãliter ſe habẽte ſed cũ virtꝰ iterior percipit obm vt doloroſe ipmẽſ percipit ipſum qualiter o₃ cũ aliis circonſtãtiis ⁊ cũ hoc ſtat organũ eius eſſe quo ad intrinſeca in nãliſſima diſpõne.Et iõ nõ dicimꝰ illã perceptio nẽ iterioris virtutis eẽ leſam actionẽ.in diminuta aũt actione nõ ſic cõtingit vt p₃. 3ᵐ dubiũ ẽ q₃ videt̃ ſeq ex dictis ꝙ aliquod ſemp ſanũ ẽ egrum. nã capio cerebrũ optime cõplõnatũ ⁊ cõpõnatu₃ ⁊ ſit manus ſtupida eiuſdẽ hoĩs.tũc illud cerebꝝ ẽ egrũ iuxta dicta ⁊ tñ nõ ẽ ſemp ſanũ q₃ maxime ⁊ optime eucraton ⁊ maxime coequale.hic reſpon detur ꝙ cõclõ eſt poſſibilis.ſed gal.qñ hoc dixit ꝑmo tegni loqtur de talibus ꝓprietatẽ.vl̃ dic.2° ꝙ loqtur de totali ⁊ nõ de pte vt p₃ ex modo loquen di.q₃ coniungit ſanitatẽ ſimpliciũ ⁊ organicoru₃.

**Cum dolorem.** Gal.in cõmẽto facit tria.primo dicit qd intelligimꝰ p dolorẽ. 2° oñdit q̃ ſit cã egri tudinis mẽtis in fortibus doloribus.3°docet quid intelligamus per mẽtẽ.ibi 2ᵃ apoſtemata.ibi 3ᵃ. Neq₃ diſtat.de prima dicit ꝙ cũ ypo. dicit dolorẽ cõſueuit intelligere cãm doloris vt facit in epidi miis.dum dixit ꝙ primi dolores quos paſſus fuit Hector illi fuerũt frigidi.2ᵢ fuerũt calidi per cali dũ ⁊ frigidum enim intelligit manifeſte cauſam cũ dolor in ſe nõ ſit calidus aut frigidus.⁊ idẽ in telligit hic.ſ.cauſam doloris per dolorẽ.De parte ſecũda dicit ꝙ in apoſtematibus calidis vt in eriſi pila q̃ eſt apoſtema colericũ ⁊ flegmone quod eſt ſanguineũ.⁊ in vulneribꝰ ⁊ inciſionibus ⁊ excoria tionibus ⁊ cõcuſſionibus q̃ ſolent eſſe cauſe fortis doloris ꝯtingit ꝙ iſta eadẽ ſint cã egritudinis mẽ tis.q₃ faciũt ĩfirmos iſta pacientes egrotare mẽte ⁊ ita videtur gal.uelle nos maxime notare afforiſ mũ in iſtis cauſis.nã tũc eſt malũ ſignũ q₃ ſignifi catur nocumentũ magnũ eẽ cerebro cõicatũ niſi ſiunt a cã ꝑmitiua puta vino vel ſimili. vulnus võ eſt ſolutio manifeſta in carne ſine pura excoriatio eſt ſolutio cõtinuitatis in cute.cõcuſſio vero ẽ ſolu tio continuitatis multi nerui accñs oſſi vel alteri mẽbro vt dicitur ſecũda primi caꝰ de egritudinibꝰ .ſolutionis cõtinuitatis ⁊ quarta quarti caꝰ de con cuſſionibus tractatu 2°. De tertia parte dicit ꝙ nõ diſtat ſiue dicas mentẽ egrotare ſiue intellectũ ſiue memoriã.nã de oĩbus põt verificari mõ dicto in expõne afforiſmi.Ex quo videtur velle ꝙ p mẽ tẽ oĩa iſta intelligere poſſumus.⁊ tu nõ ꝙ hoc no men memoria ſumit̃ qñq₃ pro virtute reſeruatiua qñq₃ ꝓ virtute cognoſcitia p ſpẽs in ea reſeruatas ⁊ illa eſt eſtimatiua.⁊ tu vide hec clarꝰ in.2°tegni ⁊ in prima primi ſũma õ virtutibus.

**Qe in multo** tempore.ypo.in iſto afforiſmo in tendit duas cõclões. ſecũda ponitur ibi.que vero. prima cõclõ eſt iſta corpo ra que extenuantur in multo tpe tarde reſumunt̃ ad priſtinã diſpoſitionẽ que ꝓbat̃ ſic illa corpora tarde reſumũtur in quibus eſt oportunũ reſtaura re ptẽ difficilis reſtaurationis.⁊ in quibus reſtau ratiua virtꝰ eſt debilitata ſed illa que in multo tpe extenuantur ſunt huiuſmodi igitur ⁊c. ꝯcluſio eſt clara ⁊ reſiduũ declarabit̃ i notatis. Que vero Scđa cõclõ.corpora q̃ modico tpe extenuãtur cõ ſueuerũt ẽt reſtaurari in modico.ꝓbat̃ q₃ in iſtis virtus reſtauratia remanſit ſatis fortis ⁊ id qđ re ſtaurandũ ẽ nõ ẽ difficilis reſtaurationis. Cir ca iſtũ afforiſmũ nõ ꝑmo ꝙ per extenuationẽ itel ligimus diminutionẽ hũiditatis ſubſtantifice aut nutrimẽtalis.ſ.humoꝝ aut hũiditatis ſed per re ſtaurationẽ intelligimus reditũ ad p̃riſtinã quan titatẽ taliũ humiditatu₃ nãliũ per eã regeneratãꝝ in corpore ꝓportionabiliũ virtutũ deperditaꝝ. Nõ ſecundo ꝙ extennuatio aliqua eſt nãlis vt in qbuſdã ſenibus ⁊ in qbuſdã iuuenibus reſpectu pueritie.qđã võ eſt accñtalis ꝑñs aut cauſas extri ſecas.ſicut vigiliã famẽ laborẽ triſtitiã ⁊ qñq₃ ni miã qerẽ vt dimittens exercitiũ qñq₃ cadit in ethi cã vt p₃ ſecũda primi.aut ꝑñs cauſas intrinſecas ſicut omne genus male cõplõnis ꝓhibentis aut digeſtionẽ aut nutricationẽ ⁊ de accñtali quõcũq₃ ꝯtingat intelligitur afforiſmus. No.tertio ꝙ re ſumptio ſiue reſtauratio fit per cibũ a virtutibus digeſtiua ⁊ nutritiuã cũ ſibi de ſeruientibus ⁊ per cauſas iſtas virtutẽ fortificantes ſimul cũ admini ſtratione cibi cõuenientis ad illud Nõ 4° ꝙ ſi inconuenit vnã cauſam que vni eſſet extenuatiua alteri eſſe reſumptiuã.nã hoĩ flegmata hñti in car ne ⁊ neruis digeſtionẽ ꝓhibentia balneũ ſulphu reũ ⁊ fricatio ⁊ exercitiũ eſſent cauſe reſumptiue. ſed colericovalde calido ⁊ diſſolubili.iſta eſſẽt cau ſe extenuatiue ⁊ e cõtra quies iſti ſecundo eſſet re ſumptiua ⁊ primo extenuatiua.⁊ ex hoc p₃ veri tas ꝓhleumatis primi.ſeptime particule pp qd ſe des hos impinguat hos vero demacrat. Nota quinto ꝙ cauſe demacrantes corpori occurrenteſ in modico tpe nõ multũ de radicali hũido diſſol uunt q₃ plus reſiſtit radicale humidu₃ſ ſ₃ plũmũ

diſſoluit hũiditatẽ ⁊ ſanguinẽ ſed qñ multo tẽpore ꝓcedit extenuatio ⁊ q² humiditates diſſolute ⁊ paucificate ſunt facilius de radicali ꝯſumitur. Et q² in eodẽ tpe nõ potuit fieri reſtauratio talis hũidi. iõ multũ durante extenuatione multũ remanẽt mẽbra a radicali humiditate depaupata. ⁊ iõ etiã multũ debilitata. Sexto nõ ꝙ iſte radicales ptes difficilius reſtaurãtur q² plures tranſmutationes ſunt ad eoꝝ reſtaurationẽ neceſſarie tũc p3 cauſa verificans afforiſmũ q² illa q̃ multo tpe extenuantur idigent regeneratione ptiũ radicaliũ que difficilius regenerantur ꝙ̃ hũiditatẽ nutrimentales ⁊ cũ hoc mẽbroꝝ virtus ẽ valde deffecta. ⁊ iõ ẽt merito huius tarda fit reſtauratio. ſed in corporibus q̃ in pauco tpe diſſoluũtur alijs ptibus minus eſt de radicali reſtaurãdũ ⁊ virt⁹ ẽt eſt minus deffecta. iõ faciliter iſta corpora reſumuntur. ⁊ in modico tpe reſpectu p̃cedentiũ. ⁊ huius afforiſmi concordia colligitur ſeptima 4.ᵉ tractatu 4° ca° primo ⁊ eſt vtilis vt patet.

**Macies paruo** Gal. primo oſtendit in quo differt macies in multo tpe facta ⁊ in modico. 2° verificat ex illo ambas cõclões 3° ponit diuerſitates afforiſmi. ibi 2ᵃ. vnde neceſſe. ibi 3ᵃ. ⁊ finis. De pᵐa dicit ꝙ macies q̃ in paruo tpe eſt acqſita reddens corpora tenua itelligiẽ eſſe pp deffectũ hũiditatis nutrimentalis q². ſ. in carniũ poroſitatibus nõ eſt tanta quantitas vt cõſueuit tñ ſolida mẽbra non ſunt multũ ꝓportionabiliter diſſoluta ſ3 illa que multo tpe extenuantur ẽ pp deffectũ ptiũ mẽbrorũ radicaliũ. ⁊ iõ in iſtis multo tpe extenuatis vene defferentes ſanguinẽ p corpus ⁊ ipſum epar ⁊ ſtomacus ⁊ alia mẽbra. in quibus fit cibi digõ ſũt corrupta. i. in virtute ſua diminuta ⁊ in quantitate humiditatis ita ꝙ non põt cibus digeri in quantitate corpori ſufficiente. Unde cũ neceſſe. Uerificat afforiſmũ per cauſam di. ꝙ q² corpora ſi debent refici o3 ꝙ reficianẽ cibo. iõ iſta ſecũda. ſ. multi tẽporis ẽ pp virtutis mẽbroꝝ debilitatẽ ⁊ pp difficultatẽ regenerationis deperditi nõ niſi i multo tẽpore reficiũtur. ⁊ hoc itendit ypo. ꝙ corpora extenuata per ſolã nutrimentalis humiditatis deperditionẽ refici celeriter debent ex cibo q² in illis mẽbra appetitiua ⁊ digeſtiua ſunt fortiora ꝙ̃ in pᵐiſ nõ ergo o3 ꝙ citius redeant ꝙ̃ prius remacrabantur. ſed citius ꝙ̃ priora. Et finis. Iſta pars patet de ſe.

**I ex egritudine** ⁊c. ypo. i iſto afforiſmo intendit duas cõcluſiones ⁊ ſecundã ponit. ſi vero nõ. cõcluſio prima eſt hec qñcunq3 corpus exiens egritudinẽ accipit cibũ ſufficientẽ cum appetitu ⁊ nõ refficitur ex cibo ſignificatur ꝙ corpus vtitur nimia quantitate cibi. ꝓbaẽ in iſto caſu ſignificatur ꝙ vtitur cibo quẽ digerere nõ põt ſed oĩs talis eſt nimie quantitatis igitur ⁊c. minoꝛ p3 q² nõ pp aliud calor ſibi non dominatur. ⁊ maior p3 q² al's reſumeretur. Si vero nõ accipieñ. Secũda conclõ corpus exiẽſ egritudinẽ qȯ nec ſumit cibũ cũ appetitu nec refficitur ſignificat ipſum indigerẽ euacuatione. ꝓbaẽ q² ſignificat malos humores q ſunt cã ⁊ nõ appetendi ⁊ non digerendi ⁊ tales ſũt euacuandi ⁊c.

Circa afforiſmũ no. pᵐo ꝙ per corpus exiẽs egritudinẽ intelligitur cõualeſcẽs ab egritudine que eſt apta extenuationẽ facere vt febris ⁊ apoſtemata ⁊ mlta talia. ⁊ ſunt iſta corpora neutra q² nec ſunt ex toto cũ ſuoꝝ opum perfectione nec ex toto ſenſibiliter leſa i ſuis operationibus vt dicũt medici. Nõ 2° ꝙ hoꝝ cõualeſcentiũ ex egritudine qdã ſunt vere ꝯualeſcentes in qbus merito p̃ſentis diſpõnis nõ eſt diſpõ ꝑpans ad recidiuam qdã aũt ſunt cõualeſcẽtes nõ vere q² in eis ẽ diſpoſitio prepans ad recidiuã multotiens eni cõtingit aliquem egredi febrẽ remanẽte mã propter aliꝙ̃ cauſam tũc inepta ad faciendũ febrẽ que mã poſtea aliũ morbũ apta eſt cãre niſi euacuetur ⁊ iſta pocius decidentie ſunt neutra. Nõ 3° ꝙ cum corpus eſt ex morbo ꝯualeſcens ⁊ appetit cibũ ⁊ ſumit bene cibũ ẽ ſignũ corpus eẽ bene mondificatũ. ⁊ iõ vt plurimũ ꝙ ſi bene regatur debite reſumetur. nã in talibus mẽbra debent eſſe ſufficientia ad ita digerendũ cibũ cibi ꝯuenienter exhibitũ vt reſumanẽ cũ nõ ſit ibi impedimẽtũ maloꝝ humorũ. ⁊ iõ ſi nõ reſumitur ſtante debito regimine in qualitate cibi ⁊ alijs rebus nõ nãlibus puta exercitio accidẽtibus anime ſomno ⁊c. ſignatur ꝙ deffectus ẽ ꝙ nimiã cibi ſumit quantitatẽ cũ illã calor digerere nõ potuit ⁊ ita verificata ẽ prima concluſio afforiſmi. Nõ 4° ꝙ cũ talis exiens egritudinem nõ appetit cibũ ⁊ cũ hoc nõ reſumitur impedimentũ d3 eſſe plerũq3 pp malos humores ſi debitũ exhibeatur regimen ⁊ q² hũores illi ſunt male regulabiles a virtute o3 ꝙ euacuenẽ ⁊ ita verificata eſt ſecũda concluſio. No. qnto ꝙ qñq3 ꝯualeſcens in quo nõ ſunt mali humores imo plene euacuatus nõ appetit cibũ ſufficientẽ ipſum reficere a principio nec ſi caperet poſſet digerere ⁊ hoc cõtingit duobus modis aut pp malã qnalitatẽ derelictã ex morbo in aliquo mẽbro. aut pp nimiam caloris debilitatẽ. ⁊ iõ cõtingit in quibuſdã caſib⁹ ꝙ cõualeſcens capit cibũ nec reſumitur ⁊ tñ nõ indiget corporis euacuatiõe q² hoc eſt aut ex nimia euacuatione aut ex mala qualitate. ita ẽt qñq3 contingit ꝙ incõualeſcente nõ vere remaneat appetitus ad cibũ pp humorẽ acetoſum excitantẽ appetitũ ⁊ ipſu3 nõ reſumi ⁊ nõ erit pp cibi nimiã quãtitatẽ ſ3 ꝓpter humorẽ malũ euacuãdu3. Nõ § 6° ꝙ qñ dicimus ꝙ tale ſignũ ſignificat talẽ re3 nolumus dicere ꝙ neceſſario illo ſigno exñte ſit illud qȯ dicim⁹ ſignificari. tũc enim oĩa ſigna eſſẽt neceſſarie veritatis contra auic. ſecũda primi illo ca° accñtia ⁊ ſignificationes ſ3 ſufficit ſi vt plimũ ita cõtingat Hijs igitur nõ obſtantibus q² plurimũ ſtãtibus ꝯditionib⁹ ſignificãtibus poſitis in afforiſmo ſeqẽ ſignificatu3. iõ cõclões ypo. ſunt vere vt iacent q² dicit ſignificãt ⁊ ñ dicit ſic neceſ

ſario ſeq.ſimilē āt ſentētiā huic colligere poſſum⁹ ſecūda 4.ª ca° de cibatione conualeſcētiū.

Dubitat̄ vtrū exiens egritudinē accipiēs

d cibū cū appetitu ꝙ nō reſumitur vtatur cibo ampliori.ad ptē negatiuā arguitur ſic poſſibile ē appetitū eē fortē ex mala mā in ſtomaco ɔtenta ⁊ ſumere debite quantitatis cibū ⁊ tñ ñ reſumet̄ ſȝ in iſto caſu nō vtit̄ cibo ampliori ⁊ ſūit cū appetitu ⁊ egredit̄ egritudinē igit̄ dubiū falſū 2° poſſibile ē in cōualeſcentib⁹ mēbra alia a ſtomaco eē infecta mala qualitate ſtomaco bene appetente q̄ mala qualitas ꝓhibebit mēbroꝝ debitā reſūptionē vt pȝ.ſed hoc ſtante nō erit neceſſaria euacuatio ⁊ corpus egrediens egritudinē ſumēs cibū nō cōualeſcit ḡ ⁊c. 3° ſi corp⁹ ſumit cibū nō bſliter ampliorem q̄ȝ poſſet digerere ⁊ ita appetit Seq̄t ꝙ appetitiua; opeꝛatio erit leſa ſenſibiliter aut digeſtia cū nō ſibi iuicē debite ꝓportionentuꝛ vt debent ergo corp⁹ erit egrū.ergo nō erit cōualeſcens ⁊ ſic videt̄ claudere ɔtradictionē ɔditōnalis hy.añs.in dubio teneat̄ ps affirmatiua que eſt cōclō ypo.ad ſenſum expoſitū qꝛ nō oȝ in caſu dicto ſignū eſſe veritatis ſed raro cōtingit oppoſitū ſicut raro ɔtigūt caſus quos argumēta facta ſupponūt.⁊ ſimile dubiū formari poſſet de 2ª ɔcluſione.⁊ dicit̄ ēt ꝙ eſt verū vt in pluribus.

**Hic afforiſmus** Gal.in cōmēto facit quattuor pmo docet qd intelligēdū ſit per accipiētē cibū 2° verificat afforiſmū p cauſaȝ 3° remouet dubiū 4° oñdit habitudinē hui⁹ afforiſmi ad ſequētes duos ibi 2ª ſiqs igitur.ibi 3ª.qd aūt.ibi 4ª. que cū ipſe

Dicit primo hūc afforiſmū eē obſcuꝝ pp breuitatē vnius verbi.ſ.iſtius accipiēs.nā aſiā habitātibus vſuale fuit p accipientē accipe illū q ſumit cū appetitu ⁊ ita ſumit̄ hic ⁊ ita appet ꝓpria loquutio.nā cū appetitu ſumūt accipiūt.ſȝ qñ ſine appetitu tūc poti⁹ eis dat̄ q̄ȝ accipiāt.Et pȝ ꝙ quia nūc p accipiēs cōiter intelligit̄ ſumēs ſiue cuȝ appetitu ſiue nō.iō ita itelligēdo afforiſm⁹ videt̄ falſus ⁊ hoc erat obſcuritas afforiſmi ex breuitate illius verbi accipiens. Si qs. Gal.verificat dicꝫ ꝙ ſi qs accipiens ⁊ deſiderās cibū cū exit egritudinē nō reſumit corpus ad id qd pus tunc ſignificat̄ ꝙ corp⁹ nō nutrit̄ cibo accepto ſȝ potius agrauat̄ eo indigeſto.⁊ iō ſignificat̄ ꝙ vtit̄ ampliori cibo q̄ȝ virt⁹ digerere valeat.⁊ ad hūc ſenſuȝ dictuȝ ē ꝙ vtit̄ cibo ampliori.ſȝ ille q nec dſiderat nec accipit quātū ſufficit ſignificat̄ ꝙ appetit⁹ eſt deiect⁹ pp hūores malos a qb⁹ ſi nō purget̄ corp⁹ nō reuocabit̄ ad priſtinā diſpōnē virtutꝫ.Nā nō reddit corpus ad priſtinā virtutē p cibū niſi digerat̄ non tm̄ in ſtomaco ſȝ epate ⁊ mēbris.⁊ iō qꝛ nō nutrit̄ in caſu prime cōcluſionis ⁊ tñ appetit merito appetitus ſignificam⁹ corp⁹ eē mundū.⁊ iō nō impedit̄ in eo digō pp malos humores ſȝ qꝛ nō reſumitur ſignificat̄ ꝙ digō ipedit̄.⁊ hoc non cōiter niſi pp cibi nimiā aſſūpti quātitatē ſtātib⁹ alijs rebus cōiter adminiſtratis vt qualitate cibi ⁊ rebus alijſ extrinſecis.Reſtabit ḡ ꝙ ſit ſignū hoc nimij ſūpti cibi.ſȝ ſi ñ appetit tūc ſignificat̄ diſpō ipediēs appetitū cū mēbra inanita multū deberent appetere niſi ipediātur ⁊ hoc ipedimētū eſt plurimū pp malos humores.⁊ iō ſignificat̄ oportunitas euacuationis. Ypo.aūt. Remouet dubiū.poſſit quiſ dicere quō ſunt iſti euacuādi an farmaco an flobotomia.reſpōdet ꝙ ypo.hoc idē in iſto libro āt hūores cuȝ peccāt mltitudine i venis.ſ. exñtes ꝓportōabiliter ſunt euacuādi p flōiā ſȝ cuȝ peccat humoꝛ vn⁹ ali⁹ a ſāguine ñ exñte peccato merito ſanguis huiuſmōi humor eſt euacuād⁹ farmaco. Et rō ē qꝛ mltitudo humoꝝ p flobotomiā euacuat̄ vt quarta primi caª de flōia ⁊ gal.iñ ca°.de flōia ſȝ ſi vnic⁹ hūoꝛ peccat alt⁹.ſ.a ſanguie tunc p flōmiā ñ ſol⁹ ille euacuat̄ ſȝ ēt ſāguis q ē nāe theſaur⁹.⁊ iō ñ dȝ merito h⁹ flōia euacuari.⁊ iō euacuād⁹ ē farmaco. Que cuȝ. Hic fac̄ qd dictuȝ ē ⁊ pȝ.

**Orpora** vbi qs.Cōclō afforiſmi ē iſta oȝ volēte purgaf̄ corpa pus eadē bñ purgatōi ꝑpare. ꝓbat̄

c ita ꝑpādo purga° ɔfert.⁊ bñ fert̄ ab eis ⁊ ñ ꝑpādo ñ bñ fert̄ aut nō ɔfert igit̄ ⁊c.aſſū™ ſtatī patebit. Circa iſtuȝ affo™ nō ꝙ ē dr̄a īter euacuationē ⁊ purgationē.nā euacua° ē gñale nomē cuiuſlȝ euacuatōis hūoꝝ a corpe ſiue p flōiā ſiue quōlȝ alit̄.ſȝ h nomē purgatō dr̄ tñ de euacuatōe hūoris cū farmaco ⁊ pcipue ex ſoluēte ſiue electiue euacuāte.⁊ hoc mō ſūit̄ hic ſiue fieri debeat vomitu ſiue p ſeceſſuȝ.⁊ hic appet ꝙ hic affoꝛiſm⁹ ñ loquitur i ſāguis eductōe p flōiaȝ i qua plīes digō ñ eſt expectāda. Nō 2° ꝙ humoꝝ peccātiuȝ i quali ⁊ hoc mō p purgatiōȝ educēdoꝝ.qdā pecāt ita ꝙ ñ dāt tp̄s iduciaꝝ imo añ iducias iferunt maxi™ nocumētuȝ vt mē furioſe aut ſtricte aut large.⁊ i iſtiſ ñ oȝ p⁹ coꝛpa ꝑpare.ſȝ qñ iſte mē dāt iducias i iſto caſu oȝ p⁹ corp⁹ ꝑpare. Nō 3° ꝙ ꝑpatio coꝛpis ad purgationē.vt pȝ i cōmēto ē duplex qdā.n.reſpicit mēbra corpoꝝ vt verbigra.ꝑpatio poroꝝ relaxatio mēbroꝝ p q̄ mē euacuātur ⁊ talia qdā reſpicit hūorē euacuandū.ſ.ſi eſt viſcoſus ꝙ incidat̄.ſi autē ē groſſus ꝙ ſubtiliet̄ ⁊ breuiter vt digerat̄.⁊ de vtraq; ꝑpatione itēdit hic ypo.vt patet in cōmēto.Ex quo appet dr̄a iter iſtuȝ afforiſmuȝ.⁊ ſecunduȝ prime pticule.ſ.digeſta medicari ⁊c.qꝛ ille ē eſt generalior. Nō 4° ꝙ cum ſit euacuatio ante ꝑpationē dictā ſequuntur multa nocumenta.nā virtus multuȝ debilitat̄ qꝛ euacuatur plurimuȝ ð iuuatiuo ⁊ nō ita euacuatur de nocitio.qꝛ multuȝ reſiſtit ⁊ reſiduuȝ miſcetur cum iuuatiuo.ita ꝙ ille maligne t̄ ⁊ qꝛ agitatur remanens ꝓhiberet a facilitate ſue digeſtionis ⁊ iſta ſunt nocumenta generalia talis euacuationis igit̄ oppoſita fiunt ſi pus corp⁹ mō dicto ꝑparet̄.⁊ h pp hūoꝝ obiaȝ ⁊ viaꝝ ꝑpationē.Spālia āt nocumēta dicēt̄ in cōmēto ⁊ ibi reddet̄ cā.Ex hijs colligit̄ afforiſmi verificatio nā cuȝ fiunt fluxa corpa mō expoſito tollerāt faciliter euacuationē ⁊ mā mala euacuatur ita vt ide morbi ⁊ mala accidentia remoueātur ⁊ confert ⁊

bene fertur ꝛ aliter nõ ꝑpter nocumenta dicta. Concordia aũt affõi colligenda eſt quarta primi. cap. de regulis cõibus ſolutiõi ventris ꝛ vomitui Et vtilitas patet.

**Multi medicorum.** Gal. in cométo facit 4. primo ponit opionem vnã circa intẽtionẽ affõi. eã dicendo eſſe falſam. 2° oſtendit intentiõꝫ ypo. oſtendendo vtilitatẽ que ſequit᷑ operãdo ſm eius intentionẽ. 3° oſtendit nocumenta q̃ ſequũt᷑. ſi aliter euacuet᷑ corpus q̃ȝ ſm doctrinã. 4° ponit in ſũma ſniam affõi expoſitã. ibi 2° Sed nõ tam vilis. ibi 3° Quicquid neglexerit. ibi 4° Hic intẽdit. De prima pte dicit ꝙ qdã medici intendũt ypo. velle in hoc affõ ꝙ corpora purgãda ſunt ꝑp anda purgationi hoc mõ q̃ vomitu purganda ſĩt preparentur ꝑus cum aqua calida ꝛ cum cibiſ hu midis faſtidioſis ad uomitũ inclinãtibus. ꝛ ſi flu xum ventris ꝓuocare volumus. primo mollien do eoꝝ ventres vt ſint parati ad ſolutionẽ. ꝛ licet iſta ſint vtilia multotiẽs vt hꝫ videri in illo affõ. ad elleboꝝ. ꝛc. tamẽ ypo. hoc nõ intendit rẽ illã.

Sed nõ. Hic facit ꝙ dictũ eſt dicens ꝙ ypoc. hic intendit rẽ magis neccãm q̃ȝ iam ipſe multis expimentis ꝓbauit. ꝛ eſt ꝙ humores groſſi ſĩt ſub tiliandi ꝛ viſcoſi incidendi ꝛ pori p quos hꝫ tran ſire mã ſunt aperiendi. Et vtilitas harũ reꝝ eſt ꝙ hijs factis poterit humor expelli p mediciaȝ tpatã .i. non multũ fortem que hodie vocatur medicina benedicta vt reubarbaꝝ. mãna. agaricus. caſſia p quam medicinã non conturbetur nã. hec igit᷑ eſt ꝑparationis vtilitas. Quod qui ꝛc. Oſtendit nocumenta que ſequũtur ſi dimittatur hec doctri na dicẽs ꝙ q neglexerit hanc ꝑparationẽ ſed tãtũ ad dandũ medicinã ſolutiuã ſine ꝑparatione re dit humores diſſolutos anguſtiores. primo q2 ñ facile penetrãt iõ eoꝝ nocumenta ledẽdo mẽbra per que tranſeunt durãt diu ꝛ anguſtiã facit ꝛ cũ nimijs torturis .i. tortionibꝰ q2 ventoſãt᷑ ꝛ extẽdũt mẽbꝝ in quo claudunt᷑ ꝛ cũ defectionibꝰ .i. ſincopi q2 fumãt male mẽ multũ agitate ante q̃ȝ educãt᷑. ꝛ uſus cor ꝛ verſus cerebꝝ. iõ ẽt cũ vtiginibꝰ ꝛ in ordinatis pulſibꝰ fiunt i loco humoꝝ illorũ ſoluti ones. ꝛ cũ hoc ẽt nocumenta gñalia ſ̃ in expõne affõi dicta ſequũtur. Et cãs hoꝝ dixit ſe alias di xiſſe. no. tñ ꝙ hꝫ vitatem vbi humores a vijs duc tuũ fuerint diſtantes multũ. Nam ſi in ipis vijs cõtineantur ꝛ vbi ſint multũ viſcoſi ꝛ groſſi. Hic intendit. ponit affõi ſniam di. ꝙ ypoc. intendit corpa purganda per vomitũ vel ſolutionẽ ventriſ debere fieri mollia vt dixit pria opio. ꝛ cuȝ hoc ꝙ pori aperiatur ꝛ mã ſubtiliet᷑ ꝛ diſſoluatur ꝛ inci datur ita ꝙ hec preparatio reſpiciat ꝛ humoreȝ ꝛ corpus a quo dꝫ fieri euacuatio.

n **On pura corpora** Cõcluſio afforiſmi eſt iſta. corpa non pura nõ ſunt cibatione reſũptiua ꝛ multũ nutritia cibãda. ꝓbat᷑. iſta corpa quãto magis tali cibo nu triantur tãto magis ledunt᷑. igitur nõ ſĩt tali cibo nutriẽda vel cibãda. ꝯña pꝫ ꝛ aſſuᵐ declarabitur.

Circa affõm no. ꝙ corpa nõ pura intelligũtur vniũ illa in quibꝰ eſt notabile peccatũ humoꝝ in totius ãbitu ꝑcipue quo ad interiora ꝛ exteriora ſimul. ꝛ hoc oſtẽdetur in illo affõ. vbi fauces. No ta 2° ꝙ hꝰiõi notabile peccatũ aut eſt in quanto ſpãli aut in quali aut in vtroqꝫ vt pluries ẽ decla ratum eſt. Et ſi eſt peccatũ in quãto nõ quali ſpã li tunc dicuntur a medicis plectorica .i. valde ꝑple ta. Si vero fuerit peccatũ in quãto ꝛ quali ſimul. aut quali tñ dicãtur cacochima corpa .i. hẽntes malos a cachoſ grece qđ eſt turpe ꝛ chimos qđ ẽ humor. No. tertio ꝙ huiuſõi peccato exñte ma gno vt dr̃ oꝫ corpora aut eſſe egra q2 illi humorẽs actu faciunt egritudinẽ. aut ſaltẽ opꝫ eſſe neutra nũc decidentie q2 parata ſĩt in egritudinẽ cadere.

Nota 4° ꝙ nutricatio ẽ duplex. quedã cũ cibo cibali pure operante a mã vt carnes pulloꝝ viteli ouoꝝ panes ꝛ ſimiles cibi in qbus aut nulla eſt medicine rõ aut pauca de qua multũ nõ curatur. ſed ſola vtus cibi a mã opãtis. quedã vero ẽ cuȝ cibo medicinali aliquã notabilẽ qualitatẽ hẽnteȝ corporis alteratiuã. hic aũt intelligimꝰ de cibatio ne p cibũ abſolute. 5° nota ꝙ ẽt cibationũ ciba liũ quedã eſt reſumptiua cuiꝰ vtus eſt corpis vtu tem ꝛ plenitudinẽ augere. quedã aũt vtutũ cuſto ditiua ne deficiat ꝛ ꝓprie eſt ſmo in iſto affõ. õ pᵃ Ex iſtis colligitur ſenſus affõi. corpa non pura .i. in totius ambitu ſaltem quo ad interiora notabilꝰ peccatũ humorum habentia nõ ſunt cibandi cibo cibali ꝛ cibatione reſumptiua. Sexto nota cãm eſſe veritatis q2 cibus cibalis cum operetur patiẽ do facile ꝯuertitur ad qualitatẽ quaȝ inuenit i cõ poris humoribus. Et ideo ſi peccatum eſt ſolius quanti per cibationem reſumptiuam augetur illđ peccatum humoribus augmentatis in quanto. ſi vero peccatũ eſt in quali peccatũ augetur cum ci bus ad naturam dominãtis humoris conuertat᷑ non ergo ſũt talia corpora tali cibatiõe cibanda.

Nota ſeptimo ꝙ leſio ſumpto cibo ſuperueni ens quandoque eſt ex intrinſeco cibi defectu quia peccat aut in quali aut in quanto aut mala ꝓprie tate aut malo ordine. Quandoque vero ledit ci bus ex cauſa ſibi extriſeca ſicut in diſpoſitione ae ris ꝛ humorum corporis ꝛ propter complexionẽ corporis malam ꝛ de leſione hoc modo loquitur ypo. Ultimo nota ꝙ licet afforiſmus proferat᷑ corpore vniuerſaliter exiſtente impuro ẽt poteſt i telligi vbi membrum impuꝝ ſit vnum ſed habẽs pro toto vigere ꝛ toti mandare ſicut ſtomacus ep cor vene ꝛc. Poteſt etiam verificari vbi membrũ vnum ſit impuꝝ ꝙ ipſum membrum quantũcun q̃ȝ magis nutrit᷑ modo dicto tanto magis illđ mẽ brum lederet᷑. Cõcordia affõi colligenda ẽ ter tio tegni. ꝛ eſt vtilis ꝛ ãpliat᷑ vt dictũ eſt ꝛc. Sed contra hanc ſententiam. due leues occurrũt in ſtantie. quia in pria particula affo. ꝛ ꝯmẽto. 17. dr̃

ꝙ corruptioni hūoꝝ eſt reſtauratio neccia cū tēpa
mēto. Cum ergo corpora ſint non pura que coru
ptiōz hūoꝝ patiūt. ſeqꝫ ꝙ illꝭ ē neccia reſtau° ⁊ ci
batio cū tpamto. tpatus aūt cibus maxie vꝫ eē ci
bus cibalis. fa inſtātia qꝛ 3° p̄mi cap° de regimine
eius quod comeditur ⁊ bibitur dicit Auicenna.

Sepe conuenit ei in cuius corpore hūores ha
bundāt corrupti vt rē bonā largiꝭ comedat ⁊ pro
prie cū non patitur ventrē ſibi ſolui. ppea ꝙ ē de
bilis. vꝫ ḡ ꝙ nō ſemper q̄tūcunqꝫ magis nutries
magis ledes. Ad p^m dꝫ ꝙ ſup̄ patuit non eſſe i
tentionē gal. ꝙ iſta corpa cibent cibo cibali reſūp
tiue. Et iō addidit iſtā particulā cū tēperamento

Ad 2^m dꝫ ꝙ ille tex. pōt verificari multꝭ modis
Nā talia corpa cū ñ patiant ſe purgari ꝓpter de
bilitatē. iō ꝯuenit eis ad remouendā debilitatē ꝙ
rem bonā comedēt largiter. i. q̄tum oꝫ vt virtus
foueatꝫ. Sed ex hoc nō ſeqtur ꝙ cibentur cibo ci
bali reſumptie. nā cibatio reſūptiua hꝫ corpis vir
tutē ⁊ plenitudinē augere. ſed hoc nō niſi corpoꝝ
virtutē qꝛ res erit valde ſubtilis. Poſſet ſo dici ꝙ
affō⁹ intelligitur regulꝛ operādo. mō iſta cibatio
fit ꝓpter neccitatem debilitatꝭ virtutis ⁊ irregulꝛ.

Tertia expō eſt ꝙ per rē bonā auic. non intelli
git ibi cibū cibalē temperatū ſed cibū illi corpori
ꝯuenientē q eſt aut alteratiu⁹ aut ſeceſſiuus. nam
ex quo iſte nō patiꝫ ventrē ſibi ſolui dabim⁹ cibuꝫ
ſeceſſiuū multe q̄titatꝭ aut alteratiuū ſm exigētiā
morbi q ſit multe q̄titatis vt multū altereꝫ mala
mā. ⁊ iſte ſunt res bone illi īfirmo. ⁊ hoc nō repu
gnat ꝯ°nem. Uel 4° dic ꝙ eſt comeſtio choacta
reꝝ tpatarū ad p̄parandū corp⁹ purgationi. ſimiꝭ
.n. hūectantur vie ⁊ v̄tus fortificatur. ⁊ iō ſi p̄mo
non erat purgatiōi patum per cibū parabiꝫ iuxta
ea q̄ dicentur i illo affō. ad elleboꝝ. No. tñ vltio
nulla eſſe corpa non pura q̄ ſint aut ſana aut neu
tra qbus non poſſet ſtāte ipuritate ꝯ̄re cibatio ſi
ue ſint plectorica vt 4° ne regie ſanitatꝭ. ſiue caco
chima vt ſcabioſa ⁊ leproſa. ſed non ꝯuenit cibatō
cibalis reſūptie regulꝛ opādo. ⁊ hoc voluit affo⁹.

## Cibi ſubeuntes.

Gal. in ꝯmē
to oſtēdit tria.
primo oñdit qd ſeqtur aſſumptionē cibi in corpe
non puro. 2° oñdit cuius mēbri ipuritas hoc ma
xime facit. 3° repetit vnū aliud nocumētorū iſtoꝝ
ſuperius dictū. ibi 2ª Hoc plurimū. 3ª ibi. patiūꝫ
ad aliud. De pria dicit ꝙ cibi igredietes corpora
nō mōdificata a malis humorib⁹ corrūpunꝫ. ⁊ iō
illorū maloꝝ humorū quātitas augeꝫ. ſed quali
tas illoꝝ p hoc non mutaꝫ ſupple ad meli⁹ igitur.

No. ꝙ qꝛ cibus cibalis a mā opatur iō faciliter
trāſmutaꝫ nām ad rei i ipm agentē. qꝛ ḡ calor nā
lis illos cibos a ꝓpria forma mutat ut ꝯuertat in
chilū cū eliquati ſi recipiūt malā qualitatē hūoꝝ
maloꝝ facilꝭ ⁊ ꝓhibetur calor nālis agere vt oꝫ.
⁊ finē queꝫ itendit. ⁊ iō gnātur non ex cibo res a
calore nāli intenta ſed res hūoralis alia nō nālis
Et iō hec leſio opōis dꝫ corruptio ⁊ cibi dñr a me
dicis corrūpi. i. corruta trāſmutatione nāli tranſ

mutari. Si tñ v̄tus illis hūorib⁹ dñareꝫ non opor
teret ita ſequi licet non perfecte cibus mutaretur.

No. 2° ꝙ ex multa ciboꝝ aſſūptione poſſet alñ
p viā indigōis flegma generari multū ⁊ multa co
lera in ſtō exñte ⁊ tūc qualitas hūoꝝ mutareꝫ. ſꝫ
non ad melius qꝛ totus humor eſſet adhuc magiꝭ
nociuus q̄ꝫ prius. qualitas ergo gnālis q̄ eſt nobi
litas non mutaꝫ i melius licet ꝯtigat qualitatem
ſpālem notabilꝛ trāſmutari. Hoc plurimū. Fa
cit quod dictū eſt ⁊ dic ꝙ iſtā ciboꝝ corruptioneꝫ
⁊ ad malorū hūorū nām ꝯuerſionē cibi maxime
illi patiunꝫ i quoꝝ ſtomacis mali hūores habun
dāt. Nota ꝙ cibus in ſtō p̄ma digeſtione diger
tur in chilū ⁊ epar ē aptū gnāre ex eo bonos hūo
res. Cū igiꝫ p̄ma digeſtio ipeditur ⁊ corrūpitur.
oēs poſteriores corrūpuntur ⁊ ipediunꝫ ⁊ p̄cipue
ſi p̄mū ipedimentū fuerit notabile. nā ſequēs di
geſtio ⁊ ſi prime diminutionē poſſet corrigere. tamē
corruptā notabilē nullo mō pōt corrigeꝫ nocumē
to in ſtō. ḡ exñte maximo mali hūores generātur
Et ſi dicaꝫ in quo mēbro mali hūores generātur
Poteſt dici ꝙ hoc ſit in epate nā ſtō malū chiluꝫ
generātur ꝯtrahiꝫ epar pp neccitatem. ibi ēt dige
ſtio epatis corrūpiꝫ ⁊ mali hūores generātur cuꝫ
patiēs non ſit paratū pati debitā epatis opōnem
Et hoc poſſum⁹ dicere ſaluādo Auer. 3° colliget.
q vꝫ velle idem membꝝ eſſe generatiuū bonorū ⁊
maloꝝ humorum. Uel 2° ꝯcedimus ꝙ in ſtō ge
neranꝫ mali humores non eiuſdē ſpēi ſpāliſſie cū
naturalib⁹. vt ſentire vꝫ auic. p̄ma p̄mi cap̄. de hu
moribus de colera praſſina ⁊ zinaria. nec oꝫ illō
membrum quod non poteſt bonos hūores gene
rare non poſſe generare non bonos. Patiunꝫ.
Dicit ꝙ patiunꝫ aliud iſti quod fuit dictum ſupra
in illo affō. ſi ex egritudie. ⁊ eſt quod non reducū
tur ad p̄ſtinū vigorē niſi prius purgentur.

## Facilius eſt repleri.

Con
cluſio
f
affōi eſt iſta. Corpora reſumenda facil⁹
reſumunꝫ re accepta in forma liqda po
tabili ꝙ ſumpta in forma ſolida maſticabili. ꝓbaꝫ
Res iſto mō i forma potabili ſūpta eſt facilius in
ſubām corpis trāſmutabilis. ⁊ ſm plures ſuas p
tes ab eaꝝ naturali calore. igiꝫ facil⁹ talia corpa
p rem talem reſumunꝫ. ꝯña nota. ⁊ aſſumptū ſta
tim declarabiꝫ. Nota p̄mo ꝙ in affō p replōem
debemus itelligere reſūptionē i qua ē augmenta
tio humiditatū nutrimentaliū ⁊ hūidi mēbralꝭ. ⁊
iō in eo oꝫ repleri vaſa ⁊ poroſitates mēbroꝝ. ſūiꝫ
ḡ repletio ꝓ reſūptione. Nota 2° ꝙ reſumptio
cōpletur p̄ncipalꝛ p digōem ⁊ nutricationē. ⁊ iōo
illa dicunꝫ facilꝛ replere ex qbus corpus eſt aptū
faciliter ⁊ ſm plurimas illaꝝ partes nutriri. Naꝫ
qꝛ de rōne repletionis eſt nutricatio nō abſolute.
ſed ſm plurimas ptes iō ad facilitatē oꝫ āбas rō
nes ꝯcurrere. Ex quo ſeqtur hoc argumentum
nō valere a. eſt facilius digeſtibile q̄ꝫ b. igiꝫ eſt ma
gis ⁊ facilius repletiuum ſꝫ oportet addere ⁊ ſm
plimas pteſ in ſubāꝫ corporis facilꝛ trāſmutabile

vr aliū de potu abſolute q̄ ē res liq̄da merito modi ſue ſubſtātie ſine maſticatiõe deglutibilis ⁊ ſoluʒ cibi eliquationi ⁊ penetrationi iuuamētū ꝓſtās ſiue hoc ꝙ fit in ſubam corporis trāſmutabile ⁊ ille ē aqua .ſc̄o mō ſumit̄ pot⁹ ꝓ re nutritiua merito ſui mōi ſube ſiue maſticatiōe deglutibili.⁊ hoc mō vinū ē potus ⁊ iuſcula ⁊ hoc modo ſumitur hic.

No.4° ꝙ ad facilitatē nutricatiōis ⁊ digōis vident̄ ꝯcurrere ꝯplo modus ſube ⁊ ꝓprietas. naʒ merito ꝯplonis calida ⁊ humida facil⁹ digerunt̄ cū nō multū excedūt qꝛ ſūt ꝓportionata agēti digōneʒ q̄ fit caliditate ⁊ humiditate.Merito vero mōi ſube illa q̄ nō ſūt multū ſubtilia ſicut aq̄ nec ſūt multū groſſa ſicut panis ſūt faciliter digeſtibilia.nā cū ad hoc vt ſint ōbite digeſta ſit oportunū ea eē ꝯuerſa in chilū ſaltē digōne ꝑ°. Iſte āt i mō ſube ptiſane ſimilant̄.Seq̄t ꝙ cibus ſibi ꝓportionalis merito mō ſube facilime i ipſū trāſmutat̄ lʒ facilius id qd ē ſubtilius q̄ʒ illud ꝙ ē groſſius aliiſ paribus.ſʒ ꝓpter ꝓprietatē currētē inter cibū ⁊ cibatū illa dicunt̄ magis nutritiua inī q̄ ⁊ nr̄uʒ cor⁹ carnit melior ꝓprietas ꝑpās ea ad paciendū hoc° paſſiōis q reqrit̄ ad digōnē ⁊ iſta nō cognoſcunt̄ niſi p expiētiā.nā tū dedit aialib⁹ guſtū tāq̄ʒ nālē iudicē ad taliter diſcernēduʒ de quo planius iſra dicet̄. No.5° ꝙ p cibū intelligimus rē in corpe nr̄o vi caloris nālis trāſmutabilē ſʒ totū aut pteʒ in ſubaʒ corpoꝝ nr̄oꝝ qn̄qʒ vero ſtricti⁹ rē dictā:ſʒ cū h merito ſui mōi ſube.ñ ſine maſticatiōe ðglutibilē ⁊ hoc° ſumit̄ hic.Ex quo ſeq̄t oēʒ cibuʒ hoc° ſūptū p groſſiciē ⁊ duritiē excedere potū vt hic ſumit̄. Seq̄t ſc̄o oēʒ talē merito mōi ſube difficil⁹ digeſtibilē aliquo determinato potu. 6° notādū ꝙ lʒ aliq̄ cibi ſint aliis facilius digeſtibiles. nō tū oʒ ꝙ in quolibet humano corpe facilius digerāt̄. nā vitelli ouoꝝ ⁊ ſi facilius digerant̄ q̄ʒ caro porcina. tū i ſtō vehemēter colerico nō facilius digerunt̄ qꝛ in illo corrumpunt̄ iuxta ea q̄ dicūt̄. 2° tegni de ſignis ꝯplonis calide ſtōi vbi dicit corrūpunt̄.n. in eo facile trāſmutabilia ſʒ in corpib⁹ mediocris caloris aut remiſſi ⁊ pauci iſta melius digerunt̄. 7° no.ꝙ corpa reſumēda ſūt cōiter ꝯualeſcētia vere ⁊ inanita ſine plenitudine maloꝝ humoꝝ vt dictū ē in ꝓcedēti affō ⁊ in iſtis calor ē debilis . ⁊ iō pʒ qr dictū ē in ꝯcluſiōe ꝙ cor⁹ reſumēda ſūt potu ⁊c.⁊ nō fuit dictū abſolute ꝙ oia cor⁹ facil⁹ replēt potu q̄ʒ cibo.Ultio no.ꝙ quocūqʒ cibo aſſūpto ad ſeſū datū ꝯtingit accipere aliquē potū ſm modū ſube ꝓpingorē chilo.⁊ iō aliis paribus facilius i chilū corpi ꝓportionatū ꝯuertibilē ⁊ ſʒ plures ptes.

Ex quo ſeqtur ꝙ quocūqʒ cibo ſūpto ꝯtingit accipe potū quo corp⁹ reſumēdū facilius repleat̄ ⁊ hāc ꝯcluſionē vult y.nō ꝙ quolibet potu nutritiuo facilius repleat̄ cor⁹ q̄ʒ cibo.nā ꝯtingit iuenire potū a quo plures ſuꝑfluitates aq̄e ⁊ aeree ſūt abiciēde in digōne pria q̄ʒ ſint ſuꝑfluitates terree cibi certi illi potui eq̄lis.⁊ iō ſi ſʒ plures ptes erit i corpis ſubaʒ trāſmutabilis. Cā ḡ ſtat ꝯcluſiōis ē.qꝛ quocūqʒ cibo ad ſeſū datū accepto ꝯtingit accipe potū q merito mōi ſube ē ꝓpīqor optie diſpōni chili ⁊ eſt ēt paſſibilior ſui ſubtilitate. Et iō ſm plures partes aliis pibus in corpis ſubaʒ facilius ꝯuertet̄. Cōcordia hui⁹ affōi colligit̄.18.ꝯtinent̄ ⁊ ſa quarti.ca° de regimine ꝯualeſcēt.⁊ 3° ꝑmi c°. de regimine eius qd ꝯmedit̄ ⁊ bibit̄. ⁊ eſt vtilis ⁊ ampliatur vt pʒ circa ꝓſentem affōm dubitatur.

Ubitat̄ vtꝝ cibariis i forma liq̄da facilius o cor⁹ humana repleātur q̄ʒ in forma ſolida vt vr̄ velle ꝯ° affōi. Ad ptē negatiuā arguit̄ ſic.facilime corpus replet̄ illis cibariis q̄ citi⁹ aliis pibus aſſimilant̄ corpi.Sʒ cibaria ſicca citi⁹ corpi iuuenis ⁊ hſiti ꝯplōʒ ſiccā aſſimilant̄.ḡ illis cibariis hec cor⁹ facilius replent̄.maior pʒ qꝛ nutricatio ē aſſimilatio nutrimēti ad nutritū vt patʒ pmo virtutū nāliū ca°.6°.illa ḡ q̄ citius aſſimilantur citius nutriūt.⁊ p ꝯñs eis citius corpus repletur.minor vero ē gal.ſexto de regimine ſanitat: c° 3° ſm vnā trāſlationē vbi ſic dicit. nutricatio vō fit aſſimulato eo q nutrit cibo ei qd nutrit̄ corpi citi⁹ āt aſſimulant̄ ſicca qdē ſiccis humida vero humidis. Cōfirmat̄ ſic corpa calidi ſtōi non facilius replent̄ humidis vel liq̄dis cibis.ḡ nō ſaltē vliter oia corpora facilius replent̄ cibariis liq̄dis. Aīs ꝓbat̄ ſic.Ex illis nō facile replent̄ corpa hec q̄ in ipſis faciliter corrūpunt̄ ſʒ liq̄da cibaria i illis faciliter corrūpunt̄.igit̄ ⁊c.ꝓbat̄ minor qꝛ i iſtis corrūpunt̄ facile mutabilia ⁊ liq̄da ſunt huiuſmōi vt ſuper affō dictū ē. Cōfirmat̄ ſc̄o ſic.Si ita eēt tūc oia corpora debēt cibari cibis in forma potabili cōſequens ſſm.⁊ ꝯtra expiētiā.tūc.n.nā nō debuiſſʒ nobis dare dētes nec iuuenibus cibi groſſiores q̄ʒ pueris ꝯuenirēt.Et arguit̄ ꝯña.qꝛ oia corpora ex illis ſūt cibanda aliis paribus ex qbus facilime reſumunt̄ cuʒ cibus non ſumat̄ niſi ad diſſoluta reſtaurāda. 2° principaliter arguit̄ ſic ex illis cibis facilime corpus nutrit̄ q minori indigēt trāſmutatiōe vt in ſubam corporis ꝯuertant̄ aliis pibus ſʒ ſimiles mēbris ſūt huiuſmodi.ḡ illis facilime nutriunt̄ maior ē no.minor pʒ.qꝛ p minorem latitudinē diſtāt a nā mēbri.ḡ minori trāſmutatiōe indigēt. Et vltra ſic arguit̄ cibi maſticabiles aliis pibus ſūt mēbris ſimiliores q̄ʒ in forma liq̄da potabili ḡ minori indigēt trāſmutatione ad corpus nutriēdū ⁊ facilius corpus eis replet̄. Cōfirmat̄ qꝛ ꝯuerſio in genere ꝓportionali ē facilior vt 2.° ꝑmi ca°.de ſignis ꝯplonū.⁊ nō vr̄ alia cā niſi qꝛ paucıori indiget trāſmutatiōe. Cōfirmat̄ 2° ſic nutricatio ⁊ digō fiūt ingroſſando.ḡ illa q̄ minus a nā mēbri diſtāt p groſſiciē aliis pibus facilius nutriūt

Tertio pncipalr arguit̄ ſic illa facilius nutriunt q̄ ſūt magis ꝯfortatiua ſʒ cibaria groſſa magis cōfortāt virtutē.ergo ⁊c.maior pʒ qꝛ virtus p nutricatiōem maxime ꝯfortat̄.Et minor ē auic. 3.° ꝑmi cap°.de regimine eius qd ꝯmedit̄ ⁊ bibit̄. Cōfirmat̄ illa nō facilius replēt q̄ modicū dāt corpi nutrimētū.ſʒ hūida ⁊ liq̄da ſi huiuſmōi vt p° alimentoꝝ c°.18.Quecūqʒ iqt hūidiora ꝯſiſtētiis oia modicum alimētum dāt corpi ⁊ celeriter euaporans

ꝛ euaneſcenꝫ vt alio rurſus op⁹ ſic i breui dura ſũt
ꝛ tereſtria mãſiuũ ꝛ difficulter reſolubile. ꝛ paulo
p⁹ in fine ſubdit. ſꝫ qñ victa fuerint ꝛ elaborata a
limẽtũ multũ dãt corpi. In oppoᵐ ẽ y. in aſſõ. ꝛ
auctoreſ allegati ſupra ꝓ aſſõi ꝯcordia. In iſta qõ
ne p° ponã ꝑãbula. 2° ponã ꝯcluſiões ad q̃ſitũ

Quãtũ ad pᵐ ſuppono ꝙ p cibũ ꝛ potũ ꝛ reple
tionẽ ꝛ facilitatẽ replõnis intelligamus vt dictuꝫ
ẽ ſupra. Ex qbus appet ꝙ p cibũ ꝛ potũ intelli
gimus hic futuꝝ nutrimẽtũ qd ẽ extra p ꝯmeſtio
neꝫ vel potũ corpibus nr̃is applicabile. No. ſo.
ꝙ ad hoc vt p cibũ ꝛ potũ hoc° acceptũ fiat reſtau
ratio reqrit̃ fieri digõnẽ eius ꝛ poſtea corporis nu
tricationẽ p°. n. in ſtõ recipit̃ ꝛ ibi ꝑpat̃ vt facile i
epate ꝯuertat̃ ad ſãguinẽ ꝛ in epate. ſo ꝯuertit̃ in
ſãguinẽ in venis ãt ꝛ mẽbris ꝯuertit̃ ad duas hu
miditates p quas ẽ ꝑpatus ad nutriendũ vt hꝫ vi
deri pᵃ primi. ca° de generatiõne hũoꝝ. fuit ãt hoc
neceſſariũ vt nã. hoc° ordinaret q: illa q̃ ſũt extra
ꝓ cibo multũ diſtãt a nã mẽbroꝝ ꝛ ꝑcipue multa
eoꝝ ꝛ nõ pñt niſi p multas trãſmutatiões ꝯuerti i
ſubſtãtiã mẽbroꝝ: qd fit in ſtõ. in quo ad nãꝫ chili
ꝯuertit̃: Et iteꝝ q̃da hoꝝ ſũt dura: q̃ ñ poterãt tra
hi ad mẽbra niſi prius eliquarent̃ qd fit in ſtõ: in
quo ad nãm chili ꝯuertunt̃. Ex hoc ſeqt̃ tres fi
eri diuerſas digõnes in nobis ante nutricationeꝫ
p exterioreꝫ cibũ vnã in ſtõ. ſaꝫ in epate. tertiã in
venis. 2° ſeqt̃ ꝙ ſi ſãguiſ q̃ꝫtũcunq; bene digeſt⁹
recipet̃ ꝓ cibo exteriori ita oꝫ eũ tribus digõnib⁹
trãſmutari añq̃ꝫ nutriret ſicut aliũ cibũ. nã ſtõus
cũ in eius ꝯcauo recipit̃ nitit̃ in ipſũ agere ipſũ di
gerẽdo ꝛ ad chili nãꝫ ꝯuertẽdo ꝛ retinet ipſũ. Et
q: nõ ẽ nãle aliquẽ cibari ſanguine ꝓprio iõ non
multũ ꝯueniẽs currit ꝓprietas inter ſanguinẽ ſic
ẽ ꝛ ſtõm agentẽ ꝓ cibo. Et p ꝯñs ẽ difficilis digõ
nis imo plerũq; in eo coagulat̃ ꝛ facit accñtia ve
neni vt põt colligi. 4° quarti. 3° ſeqt̃ ꝙ hoc arguᵐ
nõ valeat a. cibus ẽ virtualiter ſimilior nẽ mẽbro
ruꝫ q̃ꝫ. b. g̃ vtroq; oĩo ꝯſilr̃ applicato ꝓ nutricatio
ne ꝛ digõne faciliuſ aſſimilabit̃. a. q̃ꝫ. b. Nã ſãguiſ
in venis exñs ẽ virtualr̃ ſilis mẽbris q̃ꝫ caro pulli
na ꝛ tñ ſi ille ſãguis in ſtõ recipiat̃ difficilius dige
ret̃. Et p ꝯñs illa applicatiõe ſtãte tardius aſſimi
labit̃. Notãdũ 3° ꝙ calor ſtõi cũ agit in cibũ re
ceptũ in eo nõ tm̃ agit vt calor nãlis ſed ẽt agit vt
calor abſolute. nã ex quo nõ põt ab ſolui calor nãl̃
ab iſta actiõe i mẽbra ꝛ humidũ ſbſtãtificũ ſeqt̃ ꝙ
nõ poſſit ẽt abſolui ab iſta actiõe i alia ſibi applica
ta. No. 4°. ꝙ actio caloris vt calor ẽ qñꝫ ẽ ita ꝓ
portionata eius actiõi vt nãlis vt p eã nãlis actio
iuuet̃. ꝛ hoc mõ dicimus ꝙ digeſtiua iuuat̃ a cali
ditate qñꝫ vero iſta actio ẽ iꝓportionata ꝛ velox ni
mis ꝛ nimis fort̨ ad diſſoluẽdũ ita vt merito velo
citat̨ ſue actiõis ipediat̃ ꝛ corrũpat̃ digõ ꝛ loco e⁹
fiat aduſtio iſtud notatũ pꝫ. qr aliter nõ poſſem⁹
aſſignare cãm q̃r in ſtõ calido colerico caro vaccia
bñ digerat̃ ꝛ ea q̃ ſũt i ſe facilis digõnis corrũpãt̃
vt ſumit̃. 13°. tertij ca°. de corruptiõe digõnis ad fi
nẽ capituli vbi dr̃. Et cũ ſtõus ẽ calius abſq; mã ꝛ

cũ mã colerica effuſa ex epate ad ipſũ pp multitu
dinẽ generationis eius i ipſo per viã fellis ꝑdicta
corrũpunt̃ in eo cibi leues ꝛ digerunt̃ fortes groſ
ſi ſicut caro vaccina. Cõfirmat̃ q: tũc niſi ita eſ
ſet nõ poſſet aſſignari cã q̃r nõ exñte defectu in re
ceptiõe cibi. ſ. in ſtõ paucitas cibi ẽ cã corruptiõis
cibi in ſtõ niſi q: modicũ reſiſtit actõi caloris ac
tualis ſtõi tpati ꝛ tñ hec paucitas ẽ cã corruptiõiſ
ſtãte debita q̃ꝫtitate ꝛ ꝓprietate ꝛ mõ ſubẽ vt colli
git̃ ca°. ſtati allegato. 13°. tertij ad principiũ capitu
li vbi de cibo dicit aut ẽ nimis q̃ꝫ oꝫ ꝛ patit̃ de di
geſtiõe ſupra quã oꝫ quare adurit̃ ꝛ in cinerẽ con
uertit̃. Ex quo ſeqt̃ ꝙ hec ꝯña nõ valet a. cibus
merito modi ſubẽ: ꝛ complõnis ꝛ ꝓprietat̨ occul
te ẽ facilioris digõnis q̃ꝫ. b. g̃ ambobus equaliter
applicatis. ꝛ in q̃ꝫtitate equali ſtõ tpato melius di
geret̃ a. q̃ꝫ b. alijs pib⁹ vt pꝫ ſi. a. ſit leuis digeſtibi
litatis in modica quãtitate applicatus ita vt adu
rat̃. b. ãt q: dure eſt digõnis tardius patiat̃ a calo
re actuali ita vt non comburatur nec eius digõ ꝓ
hibeat̃ ꝛ poſſibilitas caſus pꝫ ex notato. Seqt̃ 2°.
ꝙ nõ quãto aliquod nutrimentũ eſt facilius paſſi
bile a noſtro calore nãli tãto alijs paribs ẽ aptum
ſm plures ptes aſſimulari corpori noſtro. nã illud
nutrimentũ modicuꝫ leue eſt paſſibilius a calore
nãli ꝛ pibus ñ ita trãſmutat̃ ſicut groſſuꝫ. illud ꝑ
terea ſicut ẽ paſſibile a nãli calore ita ſtat ipſuꝫ ẽẽ
paſſibile ab actuali. ꝛ p ꝯñs ita magis vaporabile
ꝛ ſic ſꝫ pauciores ptes i ſubãꝫ mẽbroꝝ ꝯuertibile

3° ſeqt̃ ꝙ nullam claudit repugnãtiam ſtãte de
bita quantitate ꝛ qualitate ꝛ proprietate oculta
nutrimenti ꝓpter ſubtiliationeꝫ ꝛ rarefactionẽ eo
remanente in forma potabili fieri ineptuꝫ nutrica
tioni ꝛ digeſtioni in tpato ſtõ. ꝓbat̃ nimia paſſibili
tas ꝛ paucitas reſiſtẽtie ſunt cã corruptionis cibi
in ſtõ ꝛ impedimẽti digõnis vt pꝫ de cibo modice
quãtitatis. q iõ nõ bene digerit̃ q: patit̃ de digõne
pluſq̃ꝫ oꝫ ꝛ adurit̃ vt ſupra dr̃. g̃ cũ pp raritateꝫ ꝛ
ſubtilitatẽ poſſet eque bene fieri modicũ reſiſtẽs
ſeqt̃ ꝯcluſio. 4° ſequtur ꝙ aliquis eſt ꝯueniens
cibus corpori debili q in temperato corpore eſt di
geſtioni ineptus vt pꝫ de iſto valde ſubtili q: forti
calore vt ẽ calor temperati euaporet̃ ꝛ a debili con
uenienter digeritur. Notandum qnto ꝙ nullus
eſt ſtomacus ſanus hominis cui non aliquis cib⁹
in forma liquida aſſumptus ſit proportionate paſ
ſibilitatis ita vt in eo digeri poſſit hoc notatum. ꝛ
ſi per cãm demonſtrari non poſſit tamen eſt ad ex
perientiam. Nam in ſtomacis fortiſſimis iuſcula
de fabis aut lentibus. aut de carne bouina facta
digeruntur ꝛ nutriunt nutrimento forti ut patet
ad experientiam. Sexto notandum ꝙ cum quẽ
libet cibum modo dicto nutriturum ſit oportunũ
ante nutricationem conuerti in chilum qui eſt
ſubſtantia ſimilis ptiſane liquide. ideo alijs pari
bus facilius tranſmutãtur. Et illa ſecundum plu
rimas ſuas ptes nutriunt quem hanc ſubam alijſ
pib⁹ ſꝫ plurias ptes ꝯuertunt̃. Hec ſuppõ ẽ no.
ſꝫ ſe ꝛ per alia pia itelligo ꝙ chilum ſimilis modi

ſube ⁊ ſiſis qualitatẽ ⁊ in corpore ſm oĩa mẽbra ſi mili ⁊ ſic de aliis exceptis illis in qbus ſit cõpatio 7° no. ꝙ alioꝝ ꝑitate poſita illa facilius in chilu₃ ꝯuertunť ⁊ ſm plures ptes q̃ ſibi ſiſitudine actua li magis ꝓportionanť. p₃ qꝛ ſiſitudo iſta ẽ cã facilẽ ꝯuerſiõis vt dř 2.ª primi loco ſupra in affõ allega° 8° no. ꝙ corpora ꝯualeſcentiũ debilẽ habent calorẽ nãle₃. hoc põt colligi 3° tegni ⁊ ſa quarti. ⁊ iõ in eis debilis ẽ digeſtia reſpcũ ſanoꝝ aliis pa ribus Ex quo ſeqť ꝙ ad equaliť digerentiũ requi runt minus reſiſtẽtie q̃ ĩ ſanitate. 9° no. ꝙ aliiſ paribus humida ſũt facilius paſſibilia ⁊ liqda. qꝛ humiditas ẽ magis ꝑparãs ad paſſionẽ recipien dã vt p° de generatiõe. ⁊ quarto metauroꝝ ẽ colli gendũ. Ultimo no. ꝙ in cibo nõ tm̃ q̃rimus nu tricationẽ ſ₃ multotiẽs robur ⁊ pmanentiã eiꝰ ꝙ p nutricationẽ reſtaurať vt in illis in qbus ẽ neceſ ſariũ exercitiũ. Et iõ ſolet dici ꝙ dupliciter põt di ci aliqs cibus alio magis nutritiuus. uno°. qꝛ ſm plures ptes ſit in corpis ſubam trãſmutabilis. 2° qꝛ nutrimentũ ab illo exhibitũ ẽ ꝯſtãťꝰ. p° mõ vi num ⁊ vitelli ouoꝝ ⁊ teſticuli galloꝝ ſunt multum nutritiui. vt quarta primi. c° p° ⁊ ſa primi c.° de co qõ ꝯmediť ⁊ bibť. ſo° porcia caro ẽ mltũ nutritia vt diciť. 7° terapẽtice. Hiis habitẽ hec eſt pria ꝯ° nõ oĩa cibaria liqda aliis paribus in q̃titate ⁊ cõ ꝑlone ⁊ qualitate oculta oĩbus ſolidis ſũt ſm plu res ptes nutritiua Iſta ꝯ° ꝓbať vinũ ſubtile eſt ci bariũ liqdũ qõ nõ ẽ reſpũ ſolidoꝝ niſi ſ₃ modicã partẽ nutritiuã ⁊ ſtãte quacũq₃ ĩ aliis ꝑitate ĝ ⁊c. Affᵐ ẽ gal. in ꝯmẽto iſto. dixit. n. vinũ. n. aquoſu₃ ſubtile atq₃ albũ virtualiter aque ẽ vicinũ ⁊ illius virtuti vicinať ad nutriẽdũ vnõ vrina ꝓuocať nec corpus inde niſi paꝝ nutriť. forte diciť ꝙ nõ ſunt cetera paria. ſ₃ vbi ſũt cetera pia ſm plures ptes nutriret. iõ aliter arguo ꝯcluſionẽ ſic ſtat ĩ cibo li qdo aliis pibus plures aq̃s ptes ſupfluere ab il lis q̃ regruť in ſanguine q̃ ĩ cibo duro ſupfluũt irec ⁊ aquee. ĝ ſtabit pauciores ſuperfluitates ali is paribus a duro reſecari ⁊ ſic ſm plures partes ꝯuerti. Ex iſto ſeqť ꝙ nõ generaliter ex oĩbꝰ ciba riis liqdis aliis pibus facilius poſſunt corpa reſũ ptiõe indigẽtia repleri q̃ ſolidis. ⁊ hoc vult gal. ĩ la pte ꝯmẽti nõ tm̃ abſolute ⁊c. 2ª ꝯ° ẽ iſta quocũ q₃ cibo ſolido dato ꝯtingit dare cibũ liqdũ in tpa to corpore facilius digeſtibile₃ ⁊ ẽt ſm plures pteſ eius nutritiuũ aliis pibus. ꝓbať ꝯ° quocunq₃ tali dato ꝯtingit repire potabilẽ cibũ magis vicinũ di ſpoſitiõi chili cũ ꝑitate alioꝝ ⁊ oĩs talis ẽ citius ⁊ ſ₃ plures ptes ꝯuertibilis in chilũ. ĝ ⁊c. vtraq₃ ps añtis p₃ ex ꝓbatẽ ſupra. 3.ª ꝯ° quocũq₃ corpe da to apto nutriri ex cibo ab ex̃ ꝯtingit dare cibũ po tabilẽ in eo facilius cibo duro digeſtibilẽ ⁊ ſm plu res ptes in illo corpore in chilũ trãſmutabiles. p₃ qꝛ quocũq₃ ſtõ q̃tũcũq₃ forti capto ꝯtingit recipe cibũ liqdũ potabilẽ ꝓportiõatũ ⁊ ñ nimiſ paſſibilẽ ab eodẽ. ĝ ſi in illo ſint alia pia puta ꝯueniẽs q̃ti tas ⁊ ꝯplo ⁊ debita ꝓprietas ſeqť ꝙ ille facilius ĩ illo ſtõ in chilũ ꝯuerteť ⁊ ſm plures ptes cũ ſit vi cinior diſpõi chili. ⁊ dixi hãc ꝯcluſionẽ ꝓbabiliter.

Quarta ꝯ° ſequẽs ex tertia quodlibet corpꝰ hu manũ reſũptibile ⁊ repleri aptũ ẽ aptũ facilius re pleri potu q̃ cibo licet nõ quodlibet potu aliis pa ribus facilius poſſit repleri. Cõcluꝰ quo ad am bas ptes p₃ ex dictẽ. nã cũ reſpcũ cuiuſlibet talis ſit dare cibũ potabilẽ ſm plures ſuas ptes. ⁊ faci lius in chilũ ꝯuerti ⁊ oĩs talis facilime ⁊ ſm plu res ptes aliis paribꝰ ẽ aptus nutrire. ĝ ⁊c. Qui ta ꝯ° oẽ corpus ꝯualeſcẽs reſumptibile ẽ facilius potu reſũpubile ad ſenſũ dictũ q̃ cibo hec ſit pro Ga. ⁊ ypo. ⁊ ꝓbať vt in affõi expõne. Ad argu mẽta. ad primũ ꝯcedo ꝙ cibaria ſicca citius aliis pibus ſiſanť iuueni ⁊ corpi ſicco q̃ humido ſ₃ ĩtel ligũt de ſiccis virtualiter q ſtãt eẽ potabilia. ſicut ꝯtuſũ factum ex carne edi facilius aſſĩlabiť corpi ſicco q̃ ꝯtuſũ factũ ex carne agni aliis pibus.

Et ad ꝯfirmationẽ negeť ꝙ oĩa liqda in ſtõ ca lido ⁊ ſicco aduruť. negať ẽt ꝙ oĩa talia mereã tur dici abſolute facile mutabilia. verbĩg. iuſculu₃ factũ ex puluere carniũ bouinaꝝ exſiccataꝝ nõ eſt tã facilis mutatiõis ſicut vitelli ouoꝝ aut pulline carnes vel edine Ad ꝯfirmationẽ ſa₃. negeť ar gumentũ. nã nõ ſolũ gratia reſtaurationis ſumiť ci bus. ſ₃ ẽt gratia roboris vt diciť. in vltimo notato Itẽ ẽt talia iuſcula ſũt multiplicatiua ſupflnitatũ in venis. ⁊ iõ nõ ſemp illis ẽ vtendũ. Ad ſm pn cipale negeť minor. Res. n. mẽbris ſiſes indigent maiori trãſmutatiõe ad hoc vt p viã cibi in mẽbra ꝯuertanť q̃ res valde vicine diſpõi chili qꝛ o₃ ꝙ p° in chilo ꝯuertanť. nec valet argumentũ. minus diſtãt a mẽbri nã ĝ minori trãſmutatiõe indigẽt ⁊ hoc ſiue loquamur de diſtãtia virtuali ſiue forma li vt fuit dictũ in ſo notabili. Ad ꝯfirmatione₃ dř ꝙ ꝯuerſio in genere ꝓportionali aliis pibus ẽ facilior vbi imediate aliqd in ſibi ꝓportionale con uertať vel integre vt in p° argumẽto Ad ſa₃ rõ nem dř ꝙ pter digõnem indiget cibus maſticabiľ eliquatiõe q̃ nõ ꝓcedit ingroſſãdo. Ad tertium pncipale negať maior ad hũc ſenſu₃ ꝙ illa faciliuſ nutriunt q̃ pbent nutrimentũ ꝯſtantius ⁊ ad hũc ſolũ itellectũ vult auic. loco allegato ꝙ groſſa ma gis ꝯfortãt virtutem. Ad ꝯfirmatione₃ diciť ꝙ ga. vult humida dare modicũ alimẽtũ qꝛ modicũ pſeuerãs vt diciť in vltimo notabili. S₃ nõ aliter ⁊ econtra dura vult dare multum.

## Iohannicius liquida. In iſto

commento ponitur primo domini Iohannicii ex poſitio. 2° gal. ſa. ibi. hic intendit. dicit Iohanniciꝰ ꝙ ypo. intellexit per potus cibos liquidos in for ma potabili. hic intendit. commentum Gal. diuidi tur in quatuor partes. primo ponit generalem ſẽ tentia₃ afforiſmi. Secundo approbat affõ. auctori tate y. in alio loco. 3° remouet dubiũ. 4° excuſat ſe ab aſſignaᵗⁱᵉ cẽ cuiuſdã q̃ forte a qbuſdã vř aſſignã da. ibi ſa. dicit. n. ibi₃.ª ñ tm̃ abſolute. ibi 4.ª qcũ₃ ãt

De pte pria dicit y. intẽdere hic de corpibꝰ refici endis vt redeãt ad illã plenitudinẽ ĩ q̃ fuerãt ſanĩ

⁊ hic voluit oſtendere cibaria ad hoc ſufficientia. De ſa pte dicit ꝙ y.in alio li°.ſ.de cibis dixit ꝙ ille q vult reintegrari ad illud ꝙ prius fuit. i. reſumi tūc oportunū ē vt integreť cibis humidis. Si vero vult celerius reintegrari.i.reſumi tunc oz ꝙ reintegreť potu.⁊ p cibos humidos intelligamus actu humidos.nō tñ tāta humiditate vt in forma potabili poſſint aſſūi. De tertia pte dicit ꝙ hoc nō ē intelligēdū abſolute.ſ.ꝙ vſr oia cibaria humidiora facilius repleāt.q₂ pp cās dictas in qōne ꝯtingit oppoſitū.⁊ ſubdit ꝙ hic p potū nō debemus intelligere ſolū potū.ſ.aquā ſ₃ illa q̄ ſt corpis nutribilia ⁊ vicina in nutriēdo groſſis cibis. ſ₃ ſumūť i forma potabili ſicut verbi gͣ.vinū groſſū.nā de iſtiſ verificať affō⁹.nō de alijs.q₂ vinū albū aquoſū ſb tile ē i colore ſilē aq ⁊ vicinať ꝟtuti eius ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ corpus ex eo nō nutriť niſi paꝝ. ſ₃ vinum groſſu₃ rubeu₃ ē ceteris vinis nutribilius ⁊ implet corpa q̄ ſunt obnoxia facili reſolutiōi. De pte quarta dicit ꝙ qcūq₃ intelligit modū. quo fiat nutricatio intelligit ēt quare humida cibaria ſūt nutribiliora ad digerendu₃ quoꝝ omniu₃ modi gloſandi ⁊ cauſe ex qōne ſup̄ dicta ſūt clari. Tm̄ duo parua lr̄alia dubia: primu₃ ſi ē aliquod vinū ſm ꝓuocans vrina₃. Et ſm vrꝝ vinū rubeu₃ ſit ceteris nutribilius. Ad primū diciť ꝙ aliquod vinū ē frigidū. Et iō ēt in febre aliqua pōt ꝯcedi.ſed de ꝓuocatiōe vrine no.ꝙ dupl̄r diciť aliqd ꝓuocatiuu₃ eius vel diureticu₃.vno mō ꝓprie q₂ humiditatem h₃ eliquare ⁊ verſus vias vrine mouere ſicut milium ſolis aut cantarides ⁊ iſto modo nō ꝓuocant vrinā niſi calida aut in qbus partes alique ſīt calide ſicut in ſeminibus cōibus. 2° mō dr̄ aliqd diureticū improprie.q₂ cā qr̄ multū migrať.q₂ trāſit ad epar cū multa pte aquoſa.⁊ q₂ ēt pmiſcēdo ſe qbuſdā groſſis ea eliquat nō caliditate ſ₃ obuiatiōe ⁊ mixtiōe ſua cū illis ⁊ iſto mō non incōuenit frigida ꝓuocare.⁊ hoc mō dr̄ hic. Pro ſo dubio dicendu₃ ꝙ dupl̄r dr̄ vnu₃ vinū alio nutribilius vt dixi in qōne vno° q₂ ſm plures ptes aptū ꝯuerti i ſubſtātiā corpis ⁊ hoc mō vinu₃ rubeū ē nutribilius ceteris vt hic diciť. ſo mō.q₂ ꝯſtan⁹ ꝓbet nutrimentum ⁊ hoc modo nigrum vinu₃ magis nutrit vt dicit gal.infra.

## Que relinquuntur. Ypo. in iſto

q affō intēdit hāc ꝯcluſionē mē relicte in morbis poſt criſim ꝯſuenerūt facere recidiuā.ꝓbať ſic tales mē plerunq₃ ſūt maligne nō bñ ſupabiles a virtute.ſ₃ tales cōiter faciunt morbū ⁊ recidiuā.g̃ ⁊c.totū in notādis apparebit.

Nōndū g̃ p° ꝙ criſ vt ꝓpoſito ſpectat ſumiť duobus mōis vno° ꝓ criſi pfecta eo° q° ē dictū ptīcla p° affō ſo. 2°° ſumiť criſis ꝓ oī vehemēti ⁊ veloci motu mē morbi p quē ita nōbil̄r de mā euacuať vt morbus valde nōbil̄r remittať ⁊ iſto° ſumiť hic

Nōndū 2°.ꝙ in talibus criſib⁹ mō dicto ꝯtigit ſi euacuari totā mā₃ mala ex mult̄ cāis aut q₂ mā ē diſformis ⁊ virt⁹ vnā ptē ſufficit vincere ⁊ aliā ſi ⁊ hoc ē vt plurimū.aut q₂ mā i diuerſis locis ꝯtiñetur ⁊ iſta q̄ ē i vno mēbro ſufficit pellere aliā ſi aut q₂ virtus i euacuādo tm̄ debilitať vt nā regitiua ſpiritus retrahat ad tocius regimē aut pp infirmi opera vt ſi faceret aliqd criſis ipedituū quēadmodū in fluxu ſāguīs nariū ſi faceret forteſ ligaturaſ i extremitatibus vel cibū valde ſrm vel potū ſumeret vel caput infrigidaret ⁊ ſic de mult̄ q̄ poſſunt criſi₃ impedire.vel 3° ex rebus p accñs occurrentibus ut nouo aſtrali a ſpū ſupueniente aut accñte aīe aut dolore forti a quacūq₃ cā ꝯtingat affō⁹ ꝯtinet veritatē. 3° notādū ꝙ mēꝝ q̄ inueniunť i morbis ⁊ dicunť illoꝝ morboꝝ cē.qdā dicunť cē āñteſ qdā cē ꝯiūcte.⁊ cē ꝯiūcte febris ſt ꝓprie actu putrentes aut ita ꝓternāl̄r calefacte vt ab eis calefiat cor ꝓternā₃ ſine me° alterius mē cuius nō ſūt ps ille vero dicunť āñtes q̄ nūdū ſua caliditate facta faciūt febrē ſ₃ ſūt pate facere ⁊ putreſcere. ex quo ſeqť vnāquāq₃ talē eſſe malā ⁊ vt plurimū nō ſupabilē a virtute ita vt ad benignū reducať. 4°no. ꝙ tales mē cū in corpore remāſerit qr a calore nāli nō ſūt rectificabileſ iō ab eo tāꝗ ab actuali calore patiunť accñtali ⁊ tādē ad putredinē mouenť. ⁊ q₂ inficiūt humorē bonū q trāſmittiť ad locū vbi ſūt.iō mē augenť ⁊ tādē iteꝝ faciūt febrē. 5° no. ꝙ recidiua ſignificat morbū nō ſm ſe totū exñte₃ ptē vel vl̄em declinatiōnē euenīentē poſt vl̄em manifeſtā dclinatiōnē alteriuſ morbi ex cā corpali.ab illo morbo ꝓcedēte derelicta.dr̄ p° morb⁹ nō exñs declinatio uel ps declinatiōis vl̄is alicuius morbi qm̄ poxiſmis q r̄deūt in declinatiōe vl̄i tertiane aliter ꝯueniret deſcriptio recidiue. ⁊ dr̄ ſo accñs p⁹ manifeſtā declinationē vl̄em alterius morbi ad dādū differētiā inter recidiuā ⁊ poxiſmos in alijs tēporibus redeuntes. Et dicit ex cā corporea ⁊c. ad declarādū ꝙ morbi q poſt alios ꝯtingūt aut ꝓpter errorē vite aut ex cā extrinſeca nō ꝯcurrente cauſa corporea ex alio morbo relicta nō ſūt recidiue.

Ex iſtis p₃ veritas affōi.nā materie ille q̄ relinquunť ſunt male vt dicit in 3° notabili ⁊ malignātur vt plurimū cu₃ nō moranť intra corpus ⁊ augenť.⁊ iō plerunq₃ mouenť poſt declinationē apparentē ad faciendū morbū q nō eſt declinatio vl pars declinatiōis.⁊ iō faciunt recidiuā vt plurimū

Sexto nota ꝙ recidiuaꝝ quedam eſt uera quedam non vera: Recidiua vera eſt recidiua eiuſdem ſpecifice denominationis cum ſua radice vt ſi poſt tertianam accidit tertiana: non vera eſt morbus non eiuſdē ſpecifice denominationis cu₃ ſua radice vt ſi poſt tertianam fiat quartana. Septimo nota ꝙ mā relicta quandoq₃ eſt ita modica ꝙ a ꝟtute ſupať ⁊ r̄ſoluiť aut ſenſibil̄r expelliť anteꝗ alium morbum cauſet.⁊ ideo non ſemper ex talibus morbis ſequitur recidiua ſ₃ ut plurimum ⁊ ideo dicit ypo.facere conſueuerunt ⁊ non dicit faciunt. Ultimo nota ꝙ quanuis Ypo. loquatur tantum de materia que remanet ex morbo ꝙ ipſa ꝯſueuit facere recidiuā.tñ qnq₃ ſola mala qlitas relicta ex morbo vt ꝟbi gͣ. mala ꝯplo epatis ſuf

ficit facere recidiuā regenerādo mā; noui morbi
Ex quo pʒ ꝙ plura ex morbo relicta poſſūt eſſe
cā recidie.p°.n.mala mā relicta.2°. mala qualitas
Pʒ 2° q̃ᷓ qñq; recidiua ſeqᷓ cito poſt radicē ſiue
morbū principalē qñʒ tarde.qñʒ fortis qñʒ debil'
nā q; materie relinquūtᷓ qñʒ multe qñʒ pauce qñ
q; valde maligne qñʒ modice ⁊ alñ i locis calidis
alñ non:⁊ qñʒ cū forti virtute.qñʒ nō. iō ſm iſtoꝝ
varietates ꝯtingūt dicte varietates in recidiua.pʒ
3° q̃ᷓ qñʒ recidiua ē vera qñʒ non vera.nā ſi mate
ria remanens ſit eiuſdē ſpēi cū illa a qua morbus
dependebat tūc plurimū eſt vera recidiua vt ſi ex
tertiana relinquatᷓ colera aut ſi reliquatᷓ ex ea ma
la qualitas colere generatiua q̄ per colere genera
tionem faciat morbū. Si vero mā non ſit eiuſ/
dē ſpēi cū illa a qua morbus dependebat tūc plu/
rimū ē recidiua non vera vt ſi ex tertiana reliquū
tur multa cineritia q̄ in mīaʒ ꝯuertantᷓ cū humo
re quē ad ſe attrahūt poſt tertianā redibit quarta
na que erit recidiua non vera.

Ubitatᷓ vtꝝ ea q̄ relinquuntᷓ in morbis p⁹
d crisiʒ faciāt recidiuā.Et arguitᷓ ꝙ non p°
ſic materie relicte poſt criſim non perma/
nent tpe notabili.g̊ non faciūt recidiuā.ꝓbatᷓ aſſū
ptū:q; virtus in principio criſis fuit potens expel
lere notabilē partē materiei ⁊ in fine ſup reſiduū
maiorē hʒ ꝓportionē q̄ʒ in principio habuit ſuper
totā.g̊ in fine criſis ſufficit notabilē ptē reſidui ex
pellere.g̊ non retinebit notabili tpe.maioꝛ ē nota.
⁊ minoꝛ pʒ q; in criſi ſi ſit laudabilis creſcit ꝓpoꝛ
tio virtutis ad mā; morbi. 2° ſic mē̄ relicte poſt
criſim non ſufficiūt facere morbū ſtatiʒ p⁹ criſiʒ vt
pʒ g̊ nec poſt ſufficiēt.ꝓbatᷓ ꝯña q; ꝯtinue poſt vir
tus fortificabitᷓ ⁊ materia minorabitᷓ in q̄ʒtitate ⁊
malicia.g̊ nūq̄ʒ poterit poſtea facere morbū ſi nūc
non pōt ꝙ āt mā minorabitᷓ pʒ q; caloꝛ aget in eā
rectificādo ⁊ reſoluēdo. 3° ſic.ſi ex materieb⁹ re
lictis poſt criſiʒ fieret recidiua ſeqᷓ ꝙ illa cū radi
ce faceret morbū vnū.ꝯñs ſl̄m. Et ꝓbatᷓ ꝯña q; fe
bris interpollata iō dicitᷓ morbus vnus qr ex eād
cā corporea pēdent eius partes nō obſtante ꝙ in
ter paroxiſmos cadat qes media.ſʒ pariter recidi
ua ⁊ radix ab eadē cā corporea depēderēt.g̊ recidi
ua ⁊ radix eſſent morbus vnus ꝙ ꝯñs ſit ſl̄m.ꝓba
tur cū ſtat recidiuā eſſe flaticā radice exiſtēte terti
ana.⁊ ecōtra. Sequeretᷓ 2°.ꝙ eiuſdē vniuſ moꝛ
bi eſſent octo vniuerſalia tpa a ſe inuicē p incluſio
nē alterius tpis vlīs eiuſdē morbi diſtātia ꝯñs ſlʒ
cū tm̄ quattuoꝛ tpa ponantᷓ.Et ꝓbatᷓ ꝯña q; radi
cis ſūt quatuoꝛ tpa vlīa ⁊ recidiue iteꝝ quatuoꝛ g̊
⁊c. Quarto arguitᷓ ſic.ſi mē̄ relicte in morbis p⁹
criſim eſſent cauſe recidiue ſequeretᷓ ꝙ recidiua ꝯ
tingens ex errore regiminis eſſet deterior q̄ʒ ſeq̄nſ
ſine errore.ꝯñs contra auic. fa primi cap° de indi
cijs recidiue vbi ad litteraʒ dixit.Et vt eueniat re
cidiua cuʒ errore regiminis eius eſt ſalinus q̄ʒ vt
eueniat per ſe cū rectificatione regiminis.ꝓbatᷓ tñ
ꝯſequentia.q; eueniens cū errore regiminis eue/
niret cū maiori malignitate materie. Erroꝛ.n. hʒ

materiaʒ malignare vt colligitur primo creticoꝝ
ad principium.vbi gal.ad litteram inquit.Egritu
do eniʒ que quieuit ſi parua fuerit.deinde rexeriſ
infirmum hoc regimine.ſ.rationali quod premiſe
rat.poſſibile erit vt ſanetur ex ea ſanitate integra.
ita vt nunq̄ʒ redeat.Et ſi fuerit egritudo malicio/
ſa redibit q̄ʒuis egrum rexeris hoc regimine . ſed
non redibit cum malicia ⁊ timore vehementi ꝙ ſi
neglexeris eum ⁊ dimiſeris ipſum q̄ʒ ipſe iam ſit
ſanatus ſanitate itegra ⁊ certa redibit magis ma/
licioſa q̄ʒ fuerit in principio . Erroꝛ g̊ in regimine
facit egritudinem redire magis malicioſam ⁊ mi/
nus ſaluam. Quinto arguitur ſic. Si recidiua
poſſet fieri ex materia relicta poſt criſim. Sequitᷓ
ꝙ poſſet fieri recidiua poſt perfectam criſim ꝯñs
falſum.⁊ ꝓbatur cōſequentia q; poſt criſim per/
fectam poſſibile eſt remanere malam qualitatem
noue materie reagregatiuam.⁊ per talem materi
am reagregatam continet fieri recidiuam eque be
ne ſicut per remanentem.g̊ ⁊c. In oppoſitum ē y.
in affō. In iſta queſtione faciam duos articulos
in primo tractabitur queſitum. In ſecundo vide/
bitur de comparatione recidiue ad radicem in ma
licia ⁊ vnitate. Quantum ad primum ſupponē/
dum primo ꝙ non omnis morbus eueniens poſt
alium morbum debet dici recidiua. Nullus enim
dicit ꝙ ſi ſortes ē ex vno morbo itegre ſanatus ita
ꝙ nulla ex illo diſpoſitio preter naturam reman/
ſerit ꝙ illo cum ex noua cauſa egrotet recidiuet.p̄
terea in febre interpollata non dicimus ſequentē
paroxiſmum eſſe recidiuam cum tñ ſit morbus ac
cidens poſt alium.ex cauſa etiam alterius morbi
corporea relicta.videtᷓ ergo ad hoc vt aliquiſ mor
bus dicatur recidiua requiri ꝙ ipſum preceſſerit
alius qui ad manifeſtam declinationē venerit vni
uerſalem quo ad accidentia. Requiritur ſecun/
do ꝙ ille morbus qui ſit recidiua ſit factus vel fi/
ens ab aliqua cauſa preter naturam corporeaʒ re
licta ex alio morbo dicto precedente ⁊ per hoc diſ
fert recidiua a morbo qui nouiter accidit poſt aliū
ſine concurſu cauſe relicte ex primo.⁊ a morbis q
ſuperueniunt augmento vel ſtatui alicuius morbi
ex cauſa etiam corporea illius morbi cuʒ nemo di
cat variolas ſuperuenientes febri continue eſſe re
cidiuaʒ.aut apoſtema in inguine in peſte ſuperue
niens q; iſta non accidunt poſt vniuerſalem decli
nationem precedentis morbi. Requiritur 3° illū
morbum qui dicitur recidiua non eſſe declinatio/
nem vniuerſalem vel partis vniuerſalis declinati
onis quo ad materie alterationem alicuius mor/
bi Et per hoc differt recidiua a paroxiſmis febriū
interpollatarum qui accidunt in fine declinatiōis
⁊ qbuſdaʒ paroxiſmis qui tardant acceſſioneʒ ſu
am per aliquos dies in declinatione propter ma/
terie paucitatem.⁊ colligēdo has tres conditiōes
habetᷓ deſcriptio recidiue poſita ſupra in notatis
circa affoꝛiſmum . Nota ſecundo ꝙ recidiua
qñʒ eſt morbuſ cū principali eiuſdē ſpecifice deno
minatiōis iter morbos ⁊ tūc cōīᷓ dᷓ recidiua va vt

ſi poſt vnaʒ tercianã redeat alia tertiana. Quãdo qꝫ vero ẽ morbus nõ eiuſdeʒ ſpecifice denoiatiõiſ ⁊ tũc eſt recidiua non vera ſm coẽm modũ loquẽdi doctoꝝ verbigꝰ. Si poſt tertianã recidiua ſit aut apoſtema aut quartana. 3° no. ꝙ ex morbo venientẽ te ad manifeſtã declinationeʒ quãdoqꝫ remanet materia que in precedenti morbo fuit pars cauſe antecedentis quãdoqꝫ remanet mã que in pceden‑ti fuit pars cẽ ꝯiuncte. quãdoqꝫ vero remanet qualitas mala in membris. Exẽplũ primi vt ſi ſit febris vna precedẽs a materia mixta ex colera ⁊ flegmate ⁊ digã colera expellaẗ in criſi ⁊ remaneat flegma malũ ꝙ ꝓ nũc non ꝯiũctuʒ colere eſt inſufficiens facere morbũ. Exemplũ ſi vt ſi in tertiana ꝯtinua expellaẗ pars q̃ putrefit ⁊ cã antecedẽſ ſʒ cinericiũ ptis putrefacte remaneat. Exemplũ tertij vt ſi totali materia expulſa remãeat mala caliditas in epate q̃ non ſit febris regeneratiua colere. Recidiua ḡ accidit ex vno hoꝝ aut pluribus ſiẗ ⁊ modus eſt q² ꝓ nũc materia non eſt ſufficiẽs facere febrem q̃ poſtea ex ceteris cauſiſ ſufficiet facere febreʒ ſiue ſit cinericiũ ſiue pars cauſe añtis.

Quarto nota ꝙ iſte cauſe remanentes quãdoqꝫ ſũt ita debiles vt debito ſtãte regimine non ſequaẗ inde recidiua. tñ indebito ſtãte regimine facerent recidiuã vt põt colligi ex gal. loco ſupra allegato. Et hinc ẽ ꝙ dicũt doctores recidiuã fieri ex errore regiminis non ꝙ morbus ex ſolo errore regiminis ſine ꝯcurſu cauſe corporee ex precedẽti morbo relicte debeat dici recidiua. ſʒ q² ſit ſimẗ ex malo regimine cũ cã corporali relicta. Quinto nota hec derelicta eſſe multũ differentia in quãtitate ⁊ qualitate ⁊ ſitu. iõ ꝯtingit multa differentia in reditu recidiue. nã quãdoqꝫ cito redit quandoqꝫ tarde quãdoqꝫ forẗ ⁊ periculoſa quãdoqꝫ ſi ſm relicti ⁊ virtutis varietatem. Sexto no. ꝙ cẽ quare materia remanens poſt criſim q̃ primo faciebat morbũ puta febreʒ non ſtati facit morbuʒ poſt criſim ſed bene poſt. põt eſſe multiplex. Primo ex parte materie q² gratia exempli remenet tã frigida qꝫ groſſa ꝙ non ſufficit ad putredineʒ moueri vbi tñ prius erat ꝯiuncta materiei ſubtili calẽ q̃ euacnata eſt i criſi ſufficiebat. aut ſo q² talis materia eſt incinerata ita vt non ſit vehiculũ putredinalis caloris ſʒ poſtea ſibi reagregat nouã materiam q̃ ab ea inficiẗ ita vt moueaẗ ad putredineʒ ⁊ faciat morbum nouũ. 2° põt eſſe cã ex rebus accidentibus ſicut ex opere medici verbigꝰ. Si medicꝰ exhibuerit medicinã opiatam q̃ ſui frigiditate imobilitet materias vt non moueanẗ ad putredinem vel 3° ex cã ſupceleſti vt ſi luna ꝯiũgaẗ illo tpe cũ aliquo planeta benigno. ⁊ q in hora natiuitatis in firmi aſpcũ amicabili eã aſpexerit ⁊ fortunatus fuerit verbigꝰ. veneri aut ioui tũc. n. merito influxus in dato indiuiduo recepti ſtat naturaleʒ caloreʒ ꝓhibere poſſe motũ materie ad putredineʒ ⁊ luna redeunte ad infortunia vt ſaturnũ vel marteʒ redibit morbus. vel quarto materia eſt taʒ pauca tã modicũ maligna vt niſi accideret error non ſufficiat morbũ facere ſʒ per erroreʒ in regimine vt ipſoꝝ calefacientiũ Sicut cibi potus medicie ⁊ exerticia ⁊ accñtia aie poterit excitari. Ultimo no. ꝙ ad hoc vt criſis ſit pfecta requiriẗ ꝙ fiat cũ quiete ⁊ corporis leuitate ⁊ ita ſine ꝓpatiõe ad recidiuam ſine errore: criſis ãt aliqua eſt imperfecta ex defectu alicuius ſex ꝯditionum poſitaꝝ in ꝯmento 20. affõi prime particule. His ḡ habitis iſta eſt prima ꝯ° poſſibile eſt diſpoſitiõem relictã poſt criſim perfectã facere verã recidiuã. Ad hãc ꝓbãdã ſuppono ꝙ poſt criſim infirmus non ſtatim ingrediẗ ſanitateʒ. imo prius peruenit ad neutralitatem hoc ſaltẽ eſt poſſibile. Suppono ſo. ꝙ in neutralitate tali ſtat eſſe malã qualitateʒ ꝓternaturalem hoc pʒ de ſe. Suppono 3°. qḋ aliquod regimen ſufficit cũ tali mala qualitate eſſe cãm regnõnis noue materie male ꝙ ſine illa mala qualitate non ſufficeret hoc facere hoc pʒ q² illa mala qualitas aliquo mõ iuuat ad malã materiã regenerandã. His ḡ poſitis pono ꝙ criſis fiat pfecta poſt qꝫ remaneat qualitas in latitudine neutralitatis. ⁊ ſimul cũ malo regimine ſit cauſe recidiue. et pʒ ꝯ° ex hijs q̃ dicunẗ in 4° notabili. Secũda ꝯ° ſtat aliqꝫ eſſe criſim incõpletã ⁊ iperfectã qꝫ tñ nõ ſequeẗ recidiua. ꝓbaẗ. q² ſtat reſiduũ materie qḋ remanet eſſe tã modicũ vt ſtãte debito regimie vinci poſſit a virtute vt pʒ ex notato 4°. Tertia ꝯ° vt plurimũ materie morbi notabilis qꝫtitatis relicte poſt criſim in morbo faciũt recidiuã. ꝓbaẗ q² vt plurimũ tales ſũt ita maligne. vt ad benignũ duci non poſſũt. ⁊ iõ in corpore ſtãtes tandeʒ a calore mouebunẗ ad putredinẽ ⁊ facient morbũ. Et hac ſeqẗ ꝙ prudenter dixit y. ſubuerſioneʒ facere ꝯſueuerũt ad declarãdũ ꝙ vt plurimũ hoc faciũt niſi purgeẗ talis materia ſed non neceſſario et ſp.

4ᵃ ꝯ° tã relicta materia q̃ erat pars cauſe añtis qꝫ relicta materia q̃ erat pars cauſe ꝯiuncte qꝫ ẽt relicta ſola mala qualitate ꝯtingit qñʒ ſeq recidiuã verã qñʒ non verã. p° materia q̃ erat pars cauſe ãtecedẽtis ſtat ꝙ ſit ſſa puꝝ faciẽs quotidianã vbi cã principalis morbi erat mixta ſeqñs motum colere ⁊ faciebat tertianã. ⁊ iõ põt non verã faceẗ recidiuã ꝙ poſſit facere verã pʒ de ſe. Iteʒ materia q̃ erat pars cauſe ꝯiuncte ſtat ꝙ ſit cinericiũ remanens ex mlĩa faciẽte quartanã. ꝙ reagregãs alios humores ad materiã mlĩe eos redigens faciet quartanã ꝓ recidiua qñqꝫ vero cinericiũ criſi remanens ex materia colerica faciente tertianam ⁊ tñ ipſũ ꝓmouebit quartanã. Et ſimili mõ de mala qualitate poteſt oſtendi. Quantuʒ ad ſm articuluʒ nõndum primo ꝙ due ſũt qõnes q̃ queruntur cõiter de recidiua ⁊ radice. Prima vtꝝ ſit vnus morbus ad hũc ſenſuʒ. vtꝝ agregatuʒ ex recidiua ⁊ radice ſit vnus morbus. Et iõ ꝯſideranſ ꝯciliator in iſto qſito non ꝓſpexerit menteʒ dicentiuʒ. Secunda vtꝝ ſit deterior recidiua qꝫ radix

Pro prima ḡ nota ꝙ aliqua poſſunt dici ꝯſtituere vnum multis modis. p° q² ex illis ſit vnũ cõtinuũ ſicut due medietates diei faciũt vnũ diẽ due medietates

medietates hoīs faciūt vnū hoīez.τ hoc mō reci/
diua τ radix nō ſūt morbus vn⁹ ↄtinu⁹ vel ſaltim
nō eſt neceſſarium ſicut nec aliqua febris inter//
pollata ex plurib⁹ paroxiſmis diſtantib⁹ cōpoſita eſt
vnū vel vna. 2° mō dicūtur aliqua ↄſtituere vnū
q2 vnū agregatū ex plurib⁹ eiuſdē ſpecifice deno/
miatōis ↄtinuitate vel cōtignitate vel multa vici/
nitate vnū facientib⁹ ſicut ea q̄ vinculo aut vaſe fa
ciūt pōdus vnū τ grana q̄ vicinitate faciūt cumu
lū vnū 3° mō aliqua dicunť ↄſtituere vnū q2 cō
ſtituūt agregatū ex multis quoꝝ vnūqdq3 ad vnū
principiū vel vnu3 finē habet attributionē. Sicut
dicim⁹ exercitiu3 vnū in quo fiunt plurimi diuer/
ſi mot⁹ ad finē tñ vnū.ſ.ad ſanitatē ordinati.τ bel
lu3 dr̄ vnū q2 oīa ad ducē habent attributionē in
quo ēt fiunt plures motus.ad finem tamē vnu3
.ſ.victoriā ordinati.τ hoc mō 3° quel3 recidiua po
teſt quodāmō dici vnū facere cum ſua radice ſiue
fuerit recidiua vera ſiue nō.eſt enī aggregatum ex
ptibus quaꝝ vtraq3 reſpicit vnā τ eādē cām tāq̄
ſuā cām ptialē.τ hoc ſufficit medicis dicentibus
recidiuā eē morbū vnū cum radice. 2° nō q̄ re/
cidiua quedā ē appens cū accidentibus quaſi ita
malignis ſicut erunt accidentia radicis quedā nō
ſ3 cū valde remiſſioribus. Nō.3° q̄ recidiuarū
quedā accidit plurimū ex errore regiminis vicino
q̄dā vt plurimū ex mā relicta ex radice. Nō.4°
q̄ egritudinē hic dicimus malā q2 magis periculo
ſam.Tunc ſit prima cōcluſio.ↄtingit recidiuā ſua
radice eſſe minus ſeuā.Iſta ↄcluſio primo p expe
riētiā apet q2 ſepe poſt fortes τ periculoſas febres
ↄtingūt febres lenes vnius aut duoꝝ dieꝝ.τ p3 ex
cā q2 ↄtingit mā3 eē valde pauciorē q̄ fuit mā ra
dicis. 2ª ↄcluſio ſtāte pitate in ſeuitate acciden
tiū recidiua ſemp ex vicino tpe alijs deductis ē de
terioꝛ ſua radice.pbať ipa accidit virtute exiſtēte
debiliori.q̄ quādo incepit radix.ergo alijs poſitis
pibus ipſa eſt piculoſioꝛ.idē enī morbus debili exi
ſtente virtute eſt piculoſioꝛ q̄ forti exiſtente virtu
te.τ hāc ſñiam voluit auic 2° quarti ca° de iudicijs
recidiue dū dixit deterior ē recidiuatio illa que eſt
velocior τ eſt cū virtute debiliore. 3°ↄcluſio plu
rimū recidiua diu pſeuerans ē ſua radice deterior
pbať qa plurimū depēdet a mā magis ſeua τ ma
ligna plurimū enī pēdet a mā q̄ iō nō fuit victa in
morbo precedente q2 multu3 actioni caloris nālis
plus reſiſtit q̄ illa q̄ fuit cā conflicta morbi prece-
dētis q̄ pro tunc potuit a virtute ſupari τ iſta ſint
pro mente auic. pma quarti ca° vltimo. 4°ↄclu
ſio alijs pibus ſtante malo regimine deterior ſeq/
tur recidiua.p3 q2 malū regimē addit in malicia.
Quinta ↄcluſio ſtante equalitate accidentium
appentiū magis ē dubitādū de recidiua accidente
nō precedente malo regimine q̄ de recidiua appa
rente pcedente malo regimine.pbatur q2 ſtante il
la pitate in recidiua que euenit poſt bonū regimē
ſignificatur maliciā eſſe pfundatā in materia mul
tum rebelli virtuti que diu ſtetit in corpore nec po
tuit corrigi.τ iō dubitandū ē q2 virtus eā corrigē
τ vincere nō poſſit.ſ3 qñ accidit poſt malū regimē
ſignificādum eſt plurimū malicie pendere a mā
nouiter genita q̄ nō pōt mēbris ita eſſe affixa τ de
cuius multa reſiſtētia nō debem⁹ veriſimiliter du
bitare. Ex hijs appet ↄcordia inter appentē cō
trarietatē eius qd̄ dicit pmo de creticis a ga.τ 2°.
quarti ab auic. Ad argumēta āt principalia.ad
primū vide plures rōnes ſupra i afforiſmo 20°
Ad.2m p3 reſpōſio ex dictis in 6° notabili.
Ad 3m ↄcediť q̄ recidiua ē morbus vn⁹ cū ra/
dice τ ↄcediť conclō q̄ vnius morbi dicto mō ſunt
plura q̄ quattuor tpa vniuerſalia quo ad mē alte
rationē ſ3 nō plura q̄ quattuor ſpecifice diſtincta
ſub rōne vtiuſ3 tēpoꝝ. Ad quartum p3 ex dictis
in 2° articulo. Ad qntu3 ↄcediť ↄclō que ifer
tur vt p3 ex primo articulo.

Hic afforiſmus Gal.in cōmēto duo facit. pmo
ↄtinuat afforiſmu3 cum vno precedente ponendo
eius ſniam.2° verificat afforiſmu3 per cām.2ª ibi
q̄ relinquunť De prima dicit q̄ iſte afforiſmus
eſt cōtinuādus illi ſupiori.ſi ex egritudine quis τc
Et vult oſtēdere cām quare ↄualeſcentes nō acci
pientes cibu3 indigēt euacuatione τ cā ē q2 i illis
ſunt mē relicte ex morbo.τ iſte mē ↄſueuerunt fa
cere ſubuerſionē.ne igiť illā faciant ſunt euacuan
de. Que relinquunť. Verificat p cauſam di
cens q̄ illa que relinquunť ſunt male materie vel
mali chimi.i.humores q non poſſunt a virtute ad
benignum duci.Et iō cu3 longo tēpore remanēt
putrefiunt τ faciunt morbu3 qui vocatur recidiua
τ modus fuit ſupra dictus in notatis afforiſmi.nā
oīs humor extraneus q nō erit nālis corpori.imo
valde malignatus impoſſibile ē vt nutriat corpus
q2 nō habet pprietatē p quā patiať a calore vt eſt
nālis ſ3 potius patiť ab eo ut ē calor abſolute.Et
p ↄns putrefit.τ ſi talis humor contineať in locis
calidis τ humidis fit putrefactio velocior τ fortioꝛ
q2 calor vt dixi nō pōt agere vt nālis pp paſſi idiſ
poſitionē.fortius ergo agendo vt caloꝛ ē cā fortio
ris τ velocioris putrefactionis.τ hoc mō intelliga
tur.ſ3 ſi humor eſſet ad benignū reducibilis non
op3 q̄ in locis calidioribus fortius putrefiat imo
ſtat q̄ ibi digeratur τ ad benignū reducatur τc.

Quibuſcunq3 criſis.yp.i iſto afforiſmo duas
intendit cōclōnes.Et ſecūdā ponit ibi.
ſupueniens. Prima cōcluſio eſt iſta
in qbuſcunq3 fit criſis in die in eis nox ante criſim
eſt difficilis. Cōcluſio pbatur ſic.in iſtis i nocte
tali adſunt cauſe difficultatis accidentiū ſufficien
tis ergo τc.aſſūptū in notatis declarabitur. Cir
ca afforiſmū nota q̄ ſex modis in genere ↄtingit
morbū terminari vno mō ſubito ad ſalutē pfecte
2° mō ſubito ad mortē.cōplete.3°ita vt ſubito pmu
tetur eger ad diſpōnē multo meliorē τ poſtea pau
latim veniat ad pfectā ſalutem.4° vt ſubito pmu
teť eger ad diſpoſitionē valde peiorē poſtea pau/
latim deterioretur quouſq3 morietur.5° mō quia

paulatie alterecͭ eger vſqꝫ ad ſalutē.6°qꝛ paulatie
alterecͭ vſqꝫ ad mortē.oēs aūt iſte terminationes
poſſunt dici pmutationes morbi ſm denominatio
nē maligni vel minus maligni.nā cū infirmus ad
ſalutē mouecͭ fit morbus minꝰ malignꝰ aut abſolu
te aut in cōparatione ad egꝝ.cū vero pmutatur ad
mortē fit morbꝰ malignioꝛ aut abſolute aut in cō/
paratione ad egrū. Ex qbus appet ꝙ licet mor
bus nō ſit ſubm vere huius motꝰ.tn̄ qꝛ ē illud reſ
pectu cuius variacͭ denoiatio i tali pmutatione iō
large ꝛ mō loquendi medicoꝝ poſſumus dicere ꝙ
oēs illi motꝰ ſunt motus morbi qui ſunt aut ſubi/
ta eius remiſſio in malicia vſqꝫ ad nō gradū aut
ſubita eius intentio vſqꝫ ad mortē egri in maligni
tate aut abſoluta aut reſpectiua ꝛ ſic de alijs.ꝛ iō
ēt iſti motꝰ dr̄ terminationes morbi.qꝛ per illos
tādē morbꝰ deſinit eē morbus.ſiue eger ad ſalutē
ſiue ad mortē peruenerit. 2° pncipaliter nō ꝙ
lꝫ criſis poſſet dici de qualꝫ tali terminatione moꝛ
bi ꝑprie.tn̄ dicit de duabꝰ pmis abſolute ꝑlato vo
cabulo.nā due ſecūde dicūt criſes diminute ꝛ 5°
ꝛ 6° nō dr̄ ꝑprie criſes ſꝫ ꝯſūptiones morbi. hec
duo notata ſumūtur ex gal.3° de criſi cap° pmo.
nā poſtꝙ̄ iſtas ſex morbi terminationes poſuit ita
dixit.ꝛ pma iſtaꝝ ſpēꝝ ē melior que nō fit niſi nā
dominātē in oībus rebꝰ extra nām exn̄tibus.vnde
nomē criſis meruit ſola ſimpliciter appellari.alte
ratio nāqꝫ māifeſte declinare faciens egritudinē
ad ſanitatē vel mortē quaꝝ neutra cōpleretur per
ipſam dicit criſis diminuta.ſꝫ alteratio que fit cū
diminutiōe egritudinis aut virtutis egri paulatiꝫ
nō criſis ſꝫ cōſūptio noiatur hec gal. 3° pncipa
liter nō ꝙ lꝫ multotiens auctores dicāt criſiꝫ eua
cuationē ꝙ̄ ꝯſeqt terminatio ſub ita morbi aut cō
motionē pcedētē euacuationē.tn̄ ꝑprie nomē cri/
ſis dꝫ dici de alteratione p quā terminacͭ morbus
ꝛ nō de tali euacuatione aut cōmotione.his nōtis
pꝫ ꝙ gal.vult hāc alterationē quā vocauit criſim
fieri ab euacuatione tāqꝫ a cā.Nā ita dixit.3° de
criſi eodē ca° alteratio igit furioſa que fit ad ſani/
tatē aut fit euacuatione manifeſta aut exitura ha
bente quātitatē. 4° nō ꝙ pꝛuaꝝ egritudinū ter
minatio ꝛ ſi ſit ſubita nō cōſueuit vocari criſis cū
criſis importet indiciū ꝛ pcipue in re piculoſa ꝛ
dubia vt colligit pmo de creticis ꝛ 3° de criſi cap°
ſtati allegato.ſola ergo ſubita terminatio morboꝝ
magnoꝝ dicit criſis. Ex hijs pꝫ ꝙ ꝓnter deſcri
bitur criſis hoc mō ꝑprie accepta a gal.in cōmēto
cū dr̄.criſis eſt vehemēs ꝛ velox motus morbi cū
i firmꝰ ducit ad ſalutē aut ad mortē.eſt enim trāſ/
mutatio p quā morbi variātur in ſua denominatō
ne quo ad eſſe malū abſolute aut in cōpatione ad
virtutē.ꝛ iō eſt motꝰ morbi tāqꝫ ſubi denoiationis
q tn̄ terminatur ad nō gradū eſſe morbi.aut p ſa/
nitatē introductā aut p mortē vel neutralitatē.
Pꝫ ſecūdo ꝙ motus hic ſumitur large pro omni
trāſmutatione ſm denominationem ꝛ eſt hic loco
generis.dicituꝛ āt morbi ad ſpecificādū ſubm reſ/
pectu cuius per motus variatur denominatio ma
lignitatis. Dicit 3° velox ꝛ vehemēs ad differē
tiā motuū debiliū q ſunt paulatine morbi aut vir
tutis ꝯſūptiui. Dicit 4° quo infirmꝰ ducit ad
ſalutē vel ad mortē pfecte ad differentiā imperfe/
ctaꝝ criſiū de qbus hic nō intēdimus. 5° nō ꝙ
hāc alterationem ſubitā precedūt duo motus vnꝰ
eſt euacuatio mēi aut extra corpus aut ad vnū de
terminatū locū corporis.alius ꝛ prior eſt mēi agi
tatio ꝛ cōmotio verſus vias ductuū. vnde mā dꝫ
euacuari in iſtis duobus motibus qꝛ mā multū ꝓ/
mouet ꝛ fumi plures mē male verſus principalia
mēbra mouenͭ ꝛ qꝛ virtus multo conatu mouet
ꝯtingūt accidētia difficilia ꝛ terribilia ꝛ precipue
in cōmotione mē ante euacuationē.ꝛ ſunt iſta ac/
cidentia inquietudo dolor alicuꝰ mēbri ſincopis
tremor cordis ꝛ plurima narrata a gal.3° de criſi
ca°primo.ꝛ primo ð creticis. Sexto nō ꝙ p acu/
men criſis intelligimus actualē euacuationē mēi
Ex hijs appet cā verificās afforiſmū.nā qn̄ ſit
criſis añꝙ̄ euacuatō fiat pcedit cōmotio quaſi du
rās p diē vel ſemidiē.ꝛ iō ſi criſis fit in die in noc
te pcedenti fuit cōmotio ahs.ꝛ per conſequēs tūc
fuerunt cauſe accidentium illoꝝ difficiliū quare ſe
quitur noctē eſſe difficilē añ acumen. Septimo
nō ꝙ ſi criſis ſit futura in nocte accidentia diffici/
lia erunt in die precedente vt dicit Gal. in cōmen
to.ſed tn̄ yp.maxime expreſſit de nocte.aut qꝛ plu
ries:iſta cōmotio fit in nocte vt habebimus in cō
ne.aut qꝛ cum de nocte accidit appent iſta accidē/
tia magis moleſta qꝛ accidūt in tpe in quo debeꝛet
dormire infirmꝰ ꝛ hāc cām expreſſit ga. in cōmē/
to. Supueniens. 2° cōclō afforiſmi eſt iſta vt
in pluribus nox ſequēs acumē ꝛ euacuationē cri
ſis eſt leuior nocte precedente.Cōclō ꝓbacͭ qꝛ tūc
iā vt plurimū ē euacuata mā praua q̄ erat cā acci
tiū.Et iō illa accñtia remittūtur aut ex toto tollū/
tur.antecedēs āt pꝫ qꝛ vt plurimū criſes ſunt ad
ſalutē vt dicit in cōmēto.in talibus aūt mā mala ē
euacuata. Huius afforiſmi concordia ſumitur
3° de criſi 12° ca°.ꝛ 2° 4° ca° 2° ꝛ eſt vtilis in actu
practico.

**Criſis eſt** vehemens.Gal.in cōmēto pmo premittit criſis deſcri
ptionē. 2°verificat afforiſmū p cām.ibi 2°.eſt āt.di
cit pmo ꝙ criſis ē vehemēs ꝛ velox motus morbi
quo ſupple trāſmutacͭ ſm denoiationē in malicia
abſoluta vel in cōpatione ad virtutē cū infirmus
deducitur p illū vel ad mortē vel ad ſalutē.ſ.perfe
cte.ꝛ ego ſupra explanaui iſtā dſcriptionē oñdēdo
ꝙ criſim ſumpſit ꝑ alteratione ꝛ ꝑprie pro cōple
ta ꝛ ꝙ illius alterationis morbus eſt ſubm denoia
tionis quo ad eſſe malū plus vel minus ꝛoſtendit
verificationē aliaꝝ ptiū. Eſt āt. Nunc verifi
cat afforiſmū p cām ꝛ diuidit in duas ptes.primo
verificat ꝯcſonem pmā p ptes 2° ſecūdā.ibi 2° di
xit poſtea. Prima in tres.primo dat cām diffi/
cultatis accidentiū ante criſim appentiū.2° oſten
dit quare ypo.ſpāliter dixit de nocte ꝛ nō de die.
3° remouet dubiū ꝯtingens.ibi ſecūda.nocte aūt.

ibi 3ª.alſi aūt.dē prima dicit ꝙ criſis eſt qñ ante eā nã diuidit nociua a bonis vt faciat ea appata ad expulſionē aut ſupple ſi diuidere nō pōt vt in criſi mala cū moueat mām verſus loca expulſionis.cū aūt illud fiat q² mā mala agitata multo plus nocet ꝙ̄ q̄eta.neceſſe eſt fieri ꝙ infirm⁹ patiat̄ anguſtias.i.difficilia accidētia ⁊ morb⁹ dureſcat.i.appeat moleſtior. Cā āt eſt vt ſup dixi duplex. vna q² hūores moti plus ledūt ⁊ plures fumos mittunt ad principalia mēbra.2° q² virt⁹ in hoc actu laborat.habem⁹ ergo cauſā quare aū criſi3 accidit moleſtia ⁊ difficultas infirmo. Nocte āt. Oñdit quare ypo.ſpāliter de nocte moleſta fecit intentionē dicēs.ꝙ iō hoc fecit q² in nocte plus appet moleſtia.q² ꝯſuetudo hūana eſt dormire in nocte.Si ergo pp anguſtiā auferat̄ ſōnus magis manifeſte ꝑcipiunt̄ piculoſa accñtia q² iſta ē hora q̄etis aīalis p quoꝝ ꝑñtiā poſſet moleſtia occultari. Et nō ꝙ hec eſt vna cā nō totalis.alie āt cauſe dicent̄ in q̄ōne ſtatim. Alſi āt. Remouet dubiū.poſſet qs dicere nō appet hec moleſtia niſi de nocte. reſpōdēt ꝙ alſi appent hec accñtia in die qñ criſis futura ē in nocte.ſ3 aliis ꝑibus vident̄ in nocte moleſtiora pp cām dictā. Dixit poſtea Cōmētat̄ ſecunda3 ꝯcluſionē.Et dicit quattuor. Primū ē ꝙ in multis libris.hec ſecūda ps nō inuenit̄. dici 2° ꝙ iſta ps intelligenda ē de criſi que ē ad ſalutē. Nā de criſi ad mortē nō verificat̄.dicit 3° ꝙ hoc eſt bene dictū qm̄ euacuātur mali humores in tali criſi neceſſariū ē ergo ſubſeq q̄etē remota cā malorū accidentiū. Dixit 4° ꝙ bene dixit vt in pluribus q² plurimū criſes terminant̄ ad ſalutē niſi in morbis peſtilentialibus.cā āt quare criſis in peſtilentialibus ē plurimū ad mortem. eſt quia in illis morbis corrūpūtur ꝑncipia vite q̄ ſunt ſpūs vitales ⁊ humores cordis. Nā vt dicit̄ ꝑma quarti in illis putreſiūt hūiditates cordis ⁊ ſpūs vitalis veneno deſſicit. Cōtra dicta primo litteraliter videtur ꝙ nomē criſis nō dicat̄ ꝓprie de alteratione ſ3 de cōmotione antecedēte ex gal.primo de criſi ca° vltimo ſic dicente.Et illa quidē dicta cōmotio apud me dignior eſt noiari criſis ꝙ̄ alteratio q̄ aduenit poſt ipſam. Hic dicitur hoc nomē criſis ſignificare alterationē dictā cūnotādo cōmotionē antecedētē vt vult gal.3° de criſi circa mediū libri vbi cōſūptionē morbi noiat criſim nō oēm ſ3 illā que fit cū iſta cōmotione dicta vbi poſtꝙ̄ poſuit plures modos cōſumptionis morbi ad ſalutē Et dicit ꝙ cōſumptio paulatia dicit̄ ſanatio nō criſis addit cām dicēs ⁊ cū criſi qdē neceſſariū ē vt fit euacuatio plurima vel exitura egrediens in aliquo mēbroꝝ cū diuerſa cōmotione ⁊ maligna.⁊ p3 cū ponat tres ſpēs alterationis ad ſalutē quaꝝ due ſunt cū euacuatione ⁊ 3° ſine euacuatione vel apoſtemate ⁊ ponit quattuor ſpēs alterationis ad mortē quaꝝ due ſunt cū euacuatione vel apoſtēate ⁊ due nō.Et illas que ſunt cū euacuatione vel apoſtemate vocat criſes q² ipſe vult vere alterationē eſſe criſim.S3 nomē criſis ſumit̄ principalius ab illa cōmotione ꝙ̄ ab alteratione talis enim alteratio abſolute dicit̄ aut ſanatio aut mordificatio. S3 ꝙ dicat̄ criſis ē pp cōmotionē illā.Et hūc ſenſum dixit gal.primo de criſi loco allegato ꝙ cōmotio ē dignior noiari criſis ⁊c.i.illa a qua tāꝙ̄ a formali ſignificato aliqua denoiatur criſis. Et iō digni⁹ a quo ſumit̄ rō nois illi⁹ nō tñ ꝙ iſta ſit res q̄ eſt criſis. Attende tñ ꝙ pluries inuenitur ꝙ doctores ſumūt criſim pro cōmotione antecedente qñq3 pro euacuatione qñq3 pro alteratione ⁊ ad hūc ſenſum diffinitur hic. 2° queritur quare criſis vt plurimū ē ad ſanitatē. Reſpōdendum ꝙ plurimū nā inſurgit ad euacuandū mām cū dñio ⁊ inde ſeq̄tur ſalus.ſ3 in morbis peſtilentialibus q² radix putredinis eſt in hūiditatibus cordis iō nā euacuante ſimul deſſicit virtus vt plurimum ⁊ moriunt̄. 3° queritur vtrū ꝯmotio aūs ⁊ euacuatio ſemp fiant in vno paroxiſmo.hic ſine argumētis dicendū ꝙ ꝯtingit in eodē poxiſmo ambos motus ⁊ ē 2° ꝯtingens oppoſitū nec o3 ſi virtus agitat mām ꝙ pp hoc moueatur ad putredinē ⁊ ita inueniūtur ſm iſtas ꝯtingētias varie auctoritates doctorū.S3 q² galus facit intētionē ꝙ accidētia ſunt in nocte ſeuiora.

Dubitat̄ vtrū criſis nocturna ſit ꝑfectior ꝙ̄ diurna.Et arguit̄ ꝙ non illa criſis eſt ꝑfectior aliis ꝑibus que cū leuitate maiori eſt vt ſupra ꝑticula ꝑma afforiſmo.20.S3 diurna criſis ē cū leuitate maiori cū accñtia in nocte ſiue ſeuiora ergo diurna criſis ē ꝑfectior. 2° ſic eo tpe accidit ꝑfectior criſis quo tpe virtus ē fortior ergo in die aliis ꝑibus virtus ē fortior.ꝗ in die criſis accidit ꝑfectior.maior p3.q² criſis fit a virtute ⁊ minor p3.q² in die virt⁹ vigoratur ab in fluxu ſolis q deſſicit nobis in nocte. 3° tunc fit criſis laudabilior cū humores facilius mouentur ſed in die facilius mouentur humores.ꝗ ⁊c. maior ē maniſeſta ſed minor arguitur q² tpe vigiliarū ⁊ mot⁹ magis faciliter mouētur humores ⁊ tpe ſomni difficili⁹ eo ꝙ ſomn⁹ oēs retinet euacuationes excepto ſudore.ſ3 nox ē tēpus dormiendi.⁊ dies vigilādi ergo ⁊c.. Cōfirmat̄ q² in die ſunt vie magis apte ⁊ pori pp aeris caliditate3.ergo humores facilius euacuant̄. Cōfirmatur 2° q² dies ꝓportōnat̄ eſtati.nox vero hyemi ſ3 eſtiuales criſes ſunt faciliores ⁊ perfectiores ⁊ humores ad currendū faciliores ergo ⁊c. Cōfirmatur 3° q² frigus ipedit criſim vt 3° 4.ti 2° ca° dicitur.⁊ pp hāc cām impedit criſim cōpletā frigus vehemēs. 4° p criſim nocturnā aliis ꝑibus plus debilitatur virtus ꝙ̄ per diurnā.q² plus a conſuetudine remouetur cū cōſueti ſūt hoies in nocte q̄etari in die vero operari. 5° criſis fit tunc laudabilior ⁊ magis perfecta cū poxiſmi ſunt moleſtiores ⁊ fortiores vt 3° d criſi ⁊ 2.° 4.ti cap 2° ſ3 in die ſunt poxiſmi moleſtiores ꝙ̄ in nocte.vnde ꝑma 4.ti febris diurna dr̄ eſſe longior ⁊ deterior ꝙ̄ nocturna. Vltimo criſis mala ⁊ ad mortē fit ſepius in nocte ꝙ̄ in die ergo bona e contra fiet ſepius in die ꝙ̄ in nocte. In

oppom arguiſ ſic. Tūc ſit ꝑfectior criſis cū virtus magis ſtimulaſ. vt 2º 4ⁱ caº 2º dr̄ ꝙ ſit iſtatu ſ; magis moleſtat egritudo in nocte. vt dicit hic in ꝯm̄º ꝗ ⁊c. Cōfirmaſ q; tūc ſit ꝑfectior criſis cū calor ē magis fortificatꝰ ſ; magis ē fortificatꝰ i nocte cū tūc ſit vnitꝰ in iterioribus ꝗ ⁊c. Ultimo tunc ſit ꝑfectior criſis cū ſepius moueſ nā ad criſim q; ipſa facit de poſſibilibus quod eſt melius. ergo cū in nocte ſepius fiat criſis. iō in ea fiet criſis perfectior In iſta qōne faciā tres ꝑuos articulos. in primo videbiſ quo tpe magis ꝯtingat criſis aut ꝺ die aut de nocte In 2º poneſ opi. ꝯciliatoris in iſto queſito. In 3º videbitur poſitio alia illi cōtraria. Quātū ad primū nōndū ꝑmo ꝙ criſis pōt ſumi ꝓ alteratione morbi ad ſalutē vel mortē. pōt 2º ſumi ꝓ euacuatione vel ꝑmutatione m̄e pōt tertio ſumi ꝓ cōmotione antecedent euacuationē ⁊ quolibet iſtoꝝ modoꝝ ſumitur hic. Nō 2º ꝙ criſiu; ꝗdā eſt cōpleta. quedā in cōpleta. ⁊ de vtraq; eſt ſermo. Nō 3º quod cauſaꝝ criſis quedā ſumunſ a ſuꝑioribus quedā ab inferioribus a ſuperioribus ſicut verbigra. in fluxu lune amicabili ad iuuāte ad m̄e expulſionē. Nā q; luna ē mater humiditatū mūdi. vt dicūt aſtrologi. iō moueſ maxime a luna vt appet de fluxu maris. 2º methaurorū. Et iō imaginādū eſt virtutē in diebus creticis recipe a luna influxū iuuātē ad expellēdū hūorē nociuu;. ab inferioribus ſicut verbigra. virtute ⁊ diſpōne m̄e. Nā mā cū multū moleſtat irritat virtutē ad expellendū. Et iteꝝ cū mā eſt digeſta digōne in nocitiuo mō ſupra dicto afforiſmo. 22º. ꝑme ꝑticule virtꝰ ꝑ ꝓꝑetates currentes inter ipſam ⁊ mām alterat mām alteratione mouente eā exteriꝰ vel inclināte ad talē motū poſſūt eē ēt multa alia iuuatia vt colligiſ 2º 4ⁱ caº 2º ⁊ primo de creticis ⁊ poſſūt eē ēt multa ipediētia. nā criſis futura per ſudorē ipedireſ a forti frigore a forti timore a forti fluxu vt pluries ꝑma 4ⁱ colligi pōt ⁊ primo de creticis. Nō 4º ꝙ in nocte calor reuocatus ad intra maxime vocat nālibꝰ opibus. ꝑmo q; ē vnitꝰ magis. 2º q; ē homo abſolutꝰ ab aīalibus opatiōibus. ⁊ hoc pōt ꝓ ꝑte colligi ſecūda 4ⁱ caº 4º cum dixit. ⁊ ſcias ꝙ egritudines ⁊ accñtia fortiora fiūt in nocte. ꝓpterea ꝙ caloꝛ eſt occupatꝰ in digerēdo mām tunc ſit iſta. Concluſio reſpōſiua ad articulū pluries cōtingit criſis in nocte ꝗ; in die ſtante pari lōgitudine vtriuſq; ſumēdo criſim pro euacuatione ⁊ ꝯmotōne añte. Probaſ cōclō in nocte plures ⁊ fortiores ſunt cauſe facientes ad hoc vt ſit criſis ꝗ; in die ergo ⁊c. Aſſūptū ꝓbaſ ꝑmo ex ꝑte ſuꝑceleſtiū q; luna maxime dñaſ in nocte ⁊ ipſa prebet ſuo influxu adiutoriū in mouēdo pluſ ꝗ; i die 2º virtꝰ caloris nālis ē magis itēta opatiōi nāli i nocte ꝗ; in die ⁊ cū expulſio ſit nālis opatio ſeqſ virtutē illi magis vacare in nocte ꝗ; in die.

3º mā magis moleſtat in nocte ⁊ ſtimulat ꝗ; in die. tū q; agitaſ a calore. tū q; idē motꝰ factus ab ea ē in nocte magis moleſtꝰ ꝑꝑ cōſuetudinē qeſcēdi. Ex iſtis poteſtis inferre ꝑmo cā; quare plures moriūtur in nocte ꝗ; in die. ꝑmo q; in illa pluries ꝯtingit pugna fortis q ē i criſi. 2º q; mā magis moueſ ꝑꝑ lune dñiu;. 3º q; ille motꝰ ē magis moleſtꝰ ⁊ nociuꝰ ꝗ; in die 4º q; deſſicit i fluxꝰ ſolis per quē virtꝰ reſiſtit iꝑſſioni male. quinto q; illa hora m̄e male ſimul cū ſpū moueſ ad itra viſus m̄ebra nobilia. ⁊ ſic magis ſunt leſiue 2º ꝑ; qſ ivndatiōnes terremotꝰ ⁊ vēti maxiº fiūt i nocte. 3º ap; alia cā qſ accñtia ſit ſeua i nocte alr ꝗ; i die. vt ponit gal. i ꝯm̄eº. S; ꝯ ꝯclōnē arguiſ ſic nox proportionatur hyemi. in hyeme aūt paucioꝛes fiunt criſes. ergo in nocte pauciores fiunt criſes.

Hic dr ꝙ i qbuſdā nox ꝓportōaſ hyemi. ñ tñ eſt oioda ſilitudo. nā i hyeme ꝑꝑ frigꝰ diu durās ſūt hūores valde ffidiores ⁊ groſſiores ꝗ; eſtate ⁊ immobilioꝛes. ita ꝙ plꝰ facit hoc ad coꝝ qetē ꝗ; caloris reuocatio ad coꝝ motū ſ; i nocte ē e ꝯ. Negaſ ꝗ ꝯña argumēti 2º ꝯclō criſis ꝓ alteratiōe ſepiꝰ ſit nocte. ꝑ; q; ſtati poſt euacuationē icipit alteratio. ꝗ cū euacuatio ſepiꝰ ſit i nocte. Seqſ ꝙ ſepiꝰ in ea icipit alteratio q ē criſis. Et iō alijs ꝑibꝰ ſepius ſit i ea. Quātū ad 2m articulū nō ꝑmo ſequēdo viā ꝯciliatoris ꝙ ad ꝑfectionē criſis reqriſ ipa; eē ꝯpletā ꝑ totalē euacuationē m̄e morbū faciētis.

Nō 2º ꝙ hic ñ loqſ niſi de criſi ſalubri. Nā ex quo ꝯꝑamꝰ i ꝑfectōe criſes mortifere āt nō ſūt bone dicēdū. Seqſ ꝙ hic ſolū de ſalubri intelligatur

Nō 3º ꝙ in criſi ſalubri virtꝰ dñaſ m̄ei ⁊ ñ e ꝯ aliter eni criſis ñ erit ſalubris. Nō 4º ꝙ influxus lune facit magis ad expellēdū malā mām ꝗ; ſolis i fluxꝰ facit ad hoc vt virtꝰ reſiſtat imꝑſſioni male m̄ei. 5º nō ꝙ alijs ꝑibus mā ſub dñante plꝰ facit ad criſis ꝑfectōnē id qꝺ adiuuat ad m̄e expulſiō; ꝗ; id qꝺ adiuuat ad reſiſtēdū m̄ei ꝑ;. nā vtꝰ ñ indiget tali adiutorio aut modicū idiget ex quo iā dñatur ⁊ mā; digerit ita ꝙ ñ multū pōt iꝑmere ſ; bñ idiget adiutorio ad expellēdū. Nā ſepe videmus digeſtā mā;. nā; ñ poſſe eā cito expellē. Et iō morbū paulatie terminari. Tūc ſit iſta ꝯº alioꝝ ꝑita te ſuppoſita criſis ē apta ꝑfectioꝛ fieri i nocte ꝗ; in die. ꝓbaſ q; iuuamēta q hñtur i nocte merito noctis oīa faciūt ad citā ⁊ ꝯpletā victoriā m̄ei ⁊ iſta q hñtur i die faciūt ad reſiſtēdū m̄e vt ꝑ; ex nōtis nā calor retrahiſ ⁊ vniſ mā ſit magis mobilis lune adiutoriū ad mouēdū aduenit. S; ꝑꝑ ꝑma iuuamēta magis ꝑficiſ criſis ſalubris ꝗ; ꝑꝑ 2ª ꝗ ⁊c.

Cōfirmaſ dies vt ſic nō vr̄ fortificare niſi criſ i qbꝰ mā moueſ ad cutē ſ; ille ñ ſūt ꝑfecte itra aliaſ imo debiles. Nox āt habet alias q ſūt ꝑfecte ꝯfortare. ꝗ ſeqſ ꝙ ꝑfectioꝛ abſolute fiet criſ i nocte ꝗ; i die ⁊ ſuꝑ hoc multū ſe fūdat ꝯciliatoꝛ. Hāc igiſ ſequētes opinionē rñdēt ad argumēta añ oppoſitū facta. Ad ꝑmū rñdet ꝯciliator negando aſſūptū q; vt dicit ñ coronātur niſi fortiſſime agonizātes ⁊ ita ñ plene vincit nā niſi fortioꝛ pugnans in qua pugna accñtia ſunt fortia. ſ; hec reſpōſio repugnat ga. ꝑma huiꝰ ꝯmēto. 20. nā vnā ꝯditionē ponit criſis ꝑfecte ꝙ ſit cū leuitate ⁊ qete iſirmi ⁊ auic. 2º 4ⁱ caº de ſignis ſignificātibꝰ criſi; bonam

idē vult cū dicit.ꝛ illi⁹ criſis.ſ.pfecte ꝯplemētū eſt aduēt⁹ trāqllitatꝭ ꝛ leuitatis.hic dixit criſis pfecte ꝯditionē eē vt ſit cū qete ꝛ leuitate corpis.ſ.in ei⁹ cōplemēto q2 mā ē euacuata tōliter ita ꝙ iſta qui es ē poſt euacuationē ſ3 ante ꝛ in ea ſunt accñtia fortia ſi criſis d3 eſſe pfecta ꝛ hoc inſinuant dicta auic.in auctoritate allegata. Ad 2ᵐ dicitur ꝙ antecedēs ē verū alioꝝ pitate poſita mō virt⁹ ꝛ ſi in die ſit fortior ad reſiſtēdū cauſis ipmētibus pp ſolis influxū in nocte virt⁹ eſt potentior ad ex pellēdū mām pp lune adiutoriū. Ad 3ᵐ negaꝫ aſſūptū ꝓ maiori niſi alioꝝ ponit pitas. nā ꝗuis humores difficili⁹ moueanꝫ ſi virtus expulſiua ſit fortior ſtat pfectiorē fieri criſim.minor ēt ē falſa ꝙ in nocte difficilius mouenꝫ.nā quāto magis p fri giditatē imobilitanꝫ tāto ē magis p influxū a lu na receptū ad motū habilitanꝫ.Et cū dꝛ ꝙ ſōnus imobilitat hūores dicit ꝙ in cōmotione aſite non obſtāte ꝙ ſit nox infirm⁹ nō dormit. Ad confir mationē dicit negādo ꝙ oēs vie ſunt magis apte in die niſi poꝛri cutis. vl' 2°.dicit ꝙ plus facit lune iuuamētū ꝛ vnio caloris ꝛ ſtimulatio virtutis ad pfectionē criſis nocturne ꝗ viaꝝ aptio.ad pfectō nē criſis diurne. Ad ſecūdā ꝯfirmationē p3 in poſitione. Ad tertiā ꝯcedit ꝙ frigus ipedit cri ſim cū fuerit nimiū ſ3 tñ in nocte ſunt alia magis ꝓmouentia ꝗ frig⁹ ipediat.ꝓ mlt'e ſt noctes𝔥 ml' tū ſre vt noctes eſtatꝭ. Ad 4ᵐ ne' aſſᵐ q2 ſi pl⁹ a cōſueto ꝓmuteꝫ tñ ex alia pte ex celeri male mē expulſione magis alleuiaꝫ Ad 5ᵐ dꝛ ꝙ ſtāte pi tate expte mē poxiſmi ſūt fortiores in nocte aucto ritas āt aui.nō vult oppoſitū de diurna ꝛ noctur na ſ3 tu hec vide. Ad vltᵐ negaꝫ ꝯña. Quā tū ad 3ᵐ articulū ſupponēdū ꝙ alioꝝ poſita pita te virtute exñte fortiori ꝛ humorib⁹ habiliorib⁹ ad motū exñtibus ſit pfectior criſis. Supponēdū 2° ꝙ in nocte nō pōt haberi tā bon⁹ ſolaris influ xus ſicut in die q2 in nocte ſemp eſt ſol ſub hemiſ pio noſtro. 3° ſupponendū qō nō repugnat de die ifluxū recipi lunarē eque bonū ſicut de nocte Nā luna ita ſtat de die ſup noſtrū hemiſperiū ſi cut de nocte 4° ſupōnēdū ē ꝙ humores in die a ſolis caliditate mollificari ꝛ a vigilia ſpūs aut agi tatione.nā aliter cā nō aſſignareꝫ quare ſomn⁹ ꝛ qes ꝓhibent opationē catartici ꝛ vigilia ꝛ motus augent vt in cōmēto illi⁹ afforiſmi. Cū ꝓ volueris.

Ex hijs poniꝫ ꝯclo reſpōſiua perfectior pōt cō tingere criſis in die ꝗ in nocte.nā ex parte luna ris influx⁹ eque bonū pōt recipi de die ſicut ð no cte ꝛ virt⁹ ꝓpter ſolis in fluxū eſt fortior ꝛ humo res ad motū poſſunt eſſe eque pati ꝗ plures ꝛ for tiores cauſe ad perficiendā criſim poſſunt ꝯiungi in die ꝗ in nocte aſſūptū p3 ex ſuppōnib⁹ ꝛ ex cō mēto ſeqtur ꝙ pfectior pōt eſſe criſis in die ꝗ i no cte alijs paribus. Ad argumēta in oppoſitum. ad pᵐ ꝯcediꝫ aſſūptū alijs pib⁹mō ꝯſtat ꝙ i die v tus ē fortior ꝗ i nocte cū ergo minori ſtimulo po terit eque perfectā criſim facere. Ad 2ᵐ dicitur calorē magis eē fortificatu3 in die ꝓpter ſolē ꝗ in nocte ꝓpter clauſionē. Ad 3ᵐ negaꝫ maior q2 cri ſis ñ ſit a nā niſi vt ſtimulata ꝛ iō agit qñ ſtimulaꝫ ꝛ ſepi⁹agit qñ ſepi⁹ſtimulaꝫ. Ad argumēta vō pro alia poſitiōe p3 faciliter reſponſio.

In uentris fluxibus. Cōclo af forīſmi ē iſta muta tiones egōnū cū nō ſunt ad res peioreſ ſignificant bonū in fluxib⁹ vētris.ꝓbaꝫ iſte ſignificant corpis cōpletā aut quaſi cōpletam mundificationē talē autem ſequitur ſanitas in flu xu vētris.ergo iſte ſignificant ſanitatē.Et per ꝯñ bonum.aſſumpum cum ꝯſequentia in notatis de clarabitur. Circa hunc afforiſmū nota ꝙ per vētrē licet plura intelligantur in diuerſis locis ab ypo.vt dictū eſt afforiſmo 2° hic intelligim⁹ ventrē inferiorē.ſ.inteſtina. 2° nō per fluxū ventris im portare oēm expulſionē rei preternāliter fluide a corpore per viam inteſtinorum ex ano. Nō ter tio ꝙ per egeſtiones debem⁹ intelligere omnē talē rē per viā ani a corpore egredientē ex cōcauitate inteſtinoꝝ ſiue fuerit ſuperfluitas ꝑme digōnis ſi ue hūor ſiue quecūq3 alia res vt ptes mēbroꝝ. 4° nō ꝙ iſtas egeſtiones iuuare intelligitur per viā ſigni q2 ſunt ſignū bonū vt dicit gal.ī cōmēto Quinto nō ꝙ mutationes egōnū poſſt dici aut quia ſimul plures res varie aut in colore aut i mō ſube expellāꝫ aut q2 ſucceſſie expellāꝫ p⁹aliq3 quo rūdā mōꝝ poſterius alie alioꝝ modoꝝ.ꝛ puto yp. itēdere mō 2°.pp modū loquendi cū dicit.Si non ad mala ſe trāſmutauerint.nō eni dicim⁹ egōnes trāſmutari ex vna diſpōne in aliā ſi ſimul expellā tur diuerſoꝝ modoꝝ. Hijs habitis cōiter ſolet hic afforiſmus ita verificari notādo ꝙ iſta mutatō egeſtionū aut eſt ante ſigna digōnis aut poſt ſi ſit ante ſigna digōnis dicūt eſſe malas. q2 ſignificat peccatū pluriū mēꝝ ꝯ quas alijs pibus difficilius pugnat virtus.ſ3 ſi aparēt poſt ſigna cōplete di geſtionis.tūc ſignificat bonum q2 ſignificat mām malā multiplicē ſm oēs ſuas partes varias victā a virtute.Et hec expō pōt roborari ex auic.2ª 4ª ca⁹ de ſignis ſumptis ex egeſtiōe ita.dicente diuer ſitas coloris eius quod egreditur de egeſtione eſt laudabilis in duabus horis non alibi.quaꝝ vna ē diuerſitas cretica poſt digōnē ī die cretico ꝛ ſigno cretico ꝛ altera eſt poſt potationē ſolutiuā p trāſe untē foꝛte ꝛ ſignificat in duabus diſpōnibus mun dificationē corporis expectatā. in alijs vō ſignifi cat aduſtionē ꝛ multitudinē humoꝝ corruptorū. Nō.ſexto ēt poſt ſigna digōnis ſtat malā mā3 ꝗ prius latebat moueri aut ex noua cā fieri forte3 adhuſtionē mēbroꝝ ex qbus cāis illa ꝗ egredienꝫ in fluxu e runt peiora ꝗ illa que egrediebāꝫ ante ſigna ꝯplete digōnis ꝛ cū iſto mō ad deteriora fi at mutatio erit ſignū malū.iō ad hec cauēda adit ypo.ſi nō ad malū ſe trāſmutauerūt. ꝛ intelligo gnālr de oī vehemēti malicia ꝗ in ꝯmēto explica biꝫ. Hic modus exponēdi ē clarus ꝛ roborat⁹ au ctoritate aui.expſſa vt vidiſtis.ſed q2 gal. nō limi tat rē iō foꝛtaſſe dici poſſet ꝙ cū accit fluxus hūo

ualis eſt plurimū ex mō vel vitio humoriſ ꝛ peccā
tes ſunt illi q euacuātur iterū ēt nō ſol⁹ peccans
hūor euacuaf ſ ēt cū alio pmixt⁹ ſ ſua nimia qn
titate tegit aliū ꝛ occultat.Cū āt peccās hūor ſue
rit quaſi tot⁹ euacuat⁹ q i fine relaxata ſūt mēbꝛa
ꝓpter morbi diuturnitatē etiā ſatis de alio hūore
nō multu peccāte ſed valde remiſſe peccāte eua/
cuaf ꝛ ꝓpter paucitatē humoris principaliter pec
cantis iſte min⁹ tegif ꝛ pōt manifeſtius apparere
hoc ergo mō ex tali mutatiōe tñ nō ē ad malignio
rem humorem ſignificam⁹ purgationē corpis ab
hūore cuius magna erat quātitas ꝛ forte peccan/
tis.Et iō ſpamus certam ſalutē quod ꝗuis nō ſit
ſemp verū.tñ q qñqꝫ imo plurimū verificatur.iō
ypo.poſuit iſtū afforiſmū.Sufficit enim ad hoc vt
aliquod dicaf ſignū bonū ꝙ vt plurimū ſignificet
bonū.Ego iſtud multotiens ſum expertus ꝙ cū pri
mo icipit fluxus valde colericus acutus interim
dū in ſua acutie pſeuerat nō ſū vicinus fini ſ qñ
iam ex mordificatione hꝫ minus ꝛ in colore vidō
minus māifeſta ſigna colere tūc q flegma magis
apet aꝓpinquat ſanitas.Et hec mihi videtur ve/
rior expō q ſi dicaf diuerſitatē coloꝝ non eſſe lau
dandā in egeſtione niſi in caſib⁹ ab auic.deſcriptiſ
cōcedif de diuerſitate ſimul appente ſed cū appet
ſucceſſiue non oꝫ.nec oꝫ ꝙ plures humores pec/
cantes ſignificet vt pꝫ ex mō aſſignato.

**Diuerſitates.** ꝛc. Gal.i cōmento facit duo. Primo verificat pmā partē.2ᵒ exceptionē.ibi 2ᵒvbi tñ.De
prima dicit ꝙ diuerſitates egeſtionū ꝛ mutationeſ
eoꝝ ſignificāt purgationes multoꝝ diuerſoruꝫ hu
moꝝ.ꝛ dant fiduciaꝫ mundificationis corporis ꝛ
ſanitatis ꝛ intellige hic de mutatione ſucceſſiua ꝛ
intellige ꝙ hoc faciūt vt plurimū. Plurimū eni
in principio qñ mutari debent egeſtiones.hoc mō
nō vnicus humor euacuaf ſ plures ꝛ diuerſi ꝛ
mutantur egeſtiones in colore ꝛ mō ſube non pe
noui humoris exitū ſm ſpēm a preexiſtibus diffe/
rentis ſ per diminutionē malignioris dominanū
vt dictū eſt in ſecūda expōne vel dic iſtud eſſe veꝝ
poſt ſigna digeſtionis. Ubi tamen. Hic ve/
rificat exceptionē di.ꝙ hoc dictū ē veꝝ niſi iſte ege
ſtiones in hac tranſmutatione non tranſmutētur
ad malignas reſpectu preegredientiū tunc enim
hanc mutationē ſtaret ſignificare malū.Sed cum
multis ꝛ varijs modis ꝯingat iſtaꝫ tranſmutatio
nem ad malū fieri de duabus valde malignis trāſ
mutationibus fecit mentionē ꝛ per iſtas tāꝗ per
exēpla itelligam⁹ vlr alias di.ꝙ ſi mutenf ad mās
ſignificātes mēbꝛoꝝ ſolidoꝝ eliquationē ꝛ corpis
diſſolutionē aut coꝛruptionē ꝛ putrefactionem ni
mias ſunt male. Sicut verbigra.egeſtio vnctu/
oſa de qua fecit mētionē ypo.pmo ꝓnoſticoꝝ quā
dixit ſignificare diſſolutionem ſubſtantialis humi
ditatis cū eſt fetens de qua etiā dixit quod corpis
putredinē ꝛ corruptionē portendit.Alij aūt ſunt
multi modi vt ſi ex flegmatica mutatur ad ſangui
neū aut excoriationē ꝛ ſic de alijs quos oportet p
iſtos intelligere.

**Si fauces.** ypo.in affo.intēdit duas concluſiones. ſecūdā itēdit ibi.Si vero fuerit ꝛc.

Prima concluſio eſt.corpora quoꝝ
fauces egrotāt aut in quib⁹ puſtule naſcunf mul/
te ſi egeſtiones habeāt humorales nō ſunt nutriē
da nutricatōne reſūptiua.pbaf iſta corpora ſunt
egra vel apta egrotare māli egritudine ergo non
ſunt pura.ꝛ cū ſic ſūt nō pura nō ſunt ergo nutri/
catione reſumptiua nutrienda.aſſumptū in notaf
declarabif ꝛ ꝯña tenet ex afforiſmo.10.ſecūde pti/
cule.Si vō fuerint. cōclo 2ᵃ eſt iſta ꝙ iſta corpora
dicta.Si eoꝝ ſuperfluitates fuerint ſimiles pſeue/
ranter ſupfluitatibus ſanoꝝ ſunt nutrienda.Pro
baf q intrinſecus ſunt pura.ergo ſunt nutrienda
aſſūptū ꝛ ꝯña in notatis videbuntur. Circa af/
foriſmū nota pmo ꝙ hoc nomen fauces principali
ter ꝛ ꝓprie importat quaſdā carnes glandoſaſ po
ſitas iuxta radicē lingue ꝛ in capite gutturis natu
raliter ſuperfluitates cerebri receptiuas ꝛ dicunf
tertia afforiſmoꝝ faruiges ꝛ nona terij dicunf aūt
ſm yſidoꝝ fauces a faudo vel fondendo vocē.2ᵒ
modo ſumitur ꝛ ampliatur hoc nomen ad ſignifi
candū omne mēbrū ꝙ eſt principalis enūtiatoriū
ſicut predicte ſunt cerebri ꝛ ſubaſſelle cordis ꝛ in
guina epatis.tertio ampliatur hoc vocabulū pro
omni mēbro debili reſpectu alterius quomodocū
ꝗ ſumatur verificatur afforiſmus maxime primo
modo.q pluries egrotant.cum ſint enūtiatoriū
mēbri plurimas proprias ſuperfluitates habētis
.ſ.cerebri quod eſt quaſi totius caminum vapoꝝ
vndiqꝫ recipiens ꝛ in flegmata ſui frigiditate redi
gens. 2ᵒ nō ꝙ fauces egrotare aut puſtulas in
corpore naſci debemus itelligere a cauſa humora
li corporea nō a cā primitiua ſolū vt percuſſione
vel occurſu rei puſtulas facientis vt vrtica.3ᵒ nota
dictū eſſe ꝛ puſtule ad denotandū ꝙ non loquitur
hic de illis que ſunt manifeſta egra.ſ de illis que
ſunt aut neutra aut ſana i quibus tamē iſte puſtu
le appent vt in ſcabidis aut ſalteꝫ loquitur hic de
neutris puſtule eni dicuntur pua apoſtemata que
ab auic.bothor dicunf. No.4ᵒ per egeſtiones
nō ſolū intelligi ſupfluitates prime digōnis ſ oēſ
ſupfluitates ſenſibiliter expellēde ſicut vria ꝛ ſpu
ta ꝛ ſudoꝛ ꝛ talia Et tūc per egeſtiones colericas
intelligimus humorales.ſ.cū permixtione humo/
rū maiori ꝗ debeant vel in ſanis appeant. Co/
lera enim ſumitur ꝓ cōmuni ad oēm humoreꝫ vt
infra ſi febꝛis aūt colera nā habeaf ꝛ ita hic ꝓpor
tionabiliter ſumitur colericū generaliter pro hūo
rali. No.qnto ꝙ corpus egrotare pōt intelligi
duobus modis.vno.ſ.q ſit actu egrū alio mō q
ſit paratū ab intrinſeco cadere in egritudinē. Et
hoc 2ᵒ mō ſumitur hic. Ultimo no.ꝙ ſi fauces
egrotant vel puſtule naſcūtur modo dicto ſignum
eſt ꝙ mā eſt mala in corpore ſtimulans virtutē ad
expulſionē cum ad iſta membra mandet ſtoma/
cus ꝛ epar ꝛ alia principalia remanent munda.

Et ideo cibi digeſtio ⁊ ſuperfluitatis expulſio dꝫ
eſſe ſimilis ſanoꝝ ⁊ econtra.ſed egeſtio eſt ſimilis
egõni ſanoꝝ ſignificatur corpus eſſe intrinſecus
mundificatū per hãc trãſmiſſionẽ humoꝝ ad fau/
cem vel cutẽ ⁊ ſic corꝰ debet nutriri.ſed ſi mã non
totã mãm tranſmiſſit remãſit de ea in venis ⁊ ꝑn
cipalibꝰ mẽbris. ⁊ iõ cū aliqua ex ſuperfluitatibuſ
vt fecibꝰ vel vrina vel aliqd de ea egreditur ita vt
iñ egõ dicẽda ſit hūoralis.⁊ iõ humoroſitas ſup
fluitatis ſiḡt corpus eſſe intrinſecus habundans
malis humoribꝰ ⁊ ſic nõ puꝝ nec nutriendum.
Attende tamẽ hic verificari duabꝰ ꝯdictiõibꝰ
ſeruatis.vna ꝙ egões ſint tales perſeuerãter nõ
vnica vel duabus vicibus. nã in peſtilentiali feb.
quãdoqꝫ nõ apparẽt egões colerice imo ſimiles
ſanis. ſecūda ꝯdictio ꝙ taliū ſuperfluitatū exitus
nõ fiat a cã primitia puta medicina aſſūpta vel ci
bo medicinali vel errore aliquo ⁊c.

# In iſto afforiſmo.

Gal. in co/mẽto facit
duo.primo ꝯplet litterã affõi p ſupplemẽta. 2° ve
rificat eum:ſcđa ibi.vnde aūt ypo. Dicit primo ꝙ
Ypo. poſuit duo cõtraria ꝓ diſpõibus.ſ. corporū
ſuper qbus ſignificat in affõis. Et iõ oꝫ ꝙ eis cor
reſpõdent ꝯtraria ſignata ſed qꝛ vnicuiqꝫ ſignoꝝ
poſuit vnū ſignificatū. nec illa ponit ꝯtraria.iõ p
iſta que poſuit dant intelligi due partes ſupplen
de ꝓ affõi ꝯplemẽto. Nam primo ſigno dꝫ appo
ni ꝓ ſignificato vltra illud quod eſt expreſſū opm
ſignati expreſſi in 2° ſigno ⁊ ꝯtra dicet.ergo iſto
mõ ſupplẽdo vbi fauces egrotãt ⁊ puſtule i corpe
naſcunt. oꝫ cõſiderare egões qꝛ ſi fuerint coleri
ce corpus egrotat ⁊ nõ ſumus certi ꝙ debeamus
ipſum nutrire. Sed ſi fuerint ſimiles ſanis corpꝰ
nõ egrotat ⁊ certū eſt ipſum debere nutriri. Un
de aūt. Modo autẽ verificat affõm. ⁊ diuidit in
tres partes.primo oſtendit qūo fauces egrotant
⁊ vnde puſtule in corpore naſcūt. 2° oſtẽdit qr
ad ſignificandū ꝓpoſitū oꝫ cõſiderare egões. 3°
verificat ãbas ꝯ°nes. ibi ſcđa. Ypo.autẽ. De pria
dici ſe alibi monſtraſſe ꝙ natura regitiua aialiū q
eſt vtus expulſiua expellit humores malos ð mẽ/
bris ꝑncipalibuſ ad loca debilia ⁊ quãdoqꝫ a cor
pore expellit fluxu vẽtris aut vomitu aut ſudore
ſed multotiẽs cum mãm mouet ad cutẽ pori ſunt
clauſi ⁊ mã eſt viſcoſa. iõ adheret cuti ⁊ ibi cãt vl
cera ⁊ puſtulas. quãdoqꝫ vero ad fauces mittitur
que faciliter recipiūt humiditateſ a capite trãſmiſ
ſas.ergo haꝝ egritudinū eſt humor i corpore pec
cãs. De parte ſecūda dicit ꝙ oꝫ cõſiderare vtꝝ
hec virtus totaꝫ materiã peccantẽ a mẽbris nobi
libus expellere ad ignobilia ⁊ debilia aut nõ totã
ſed remanſerit multa pars in membris nobilibuſ
Et hoc intelligitur per exeūtia qꝛ ſi nõ tota expul
ſa eſt.neceſſe eſt egões vel alia exeuntia appareñ
humoralia cū permixtiõe humoꝝ cum vlcera illa
ſint ex colera vel ſanguinis intenſione que inten
ſio fit ꝓpter colerã.⁊ ſupple ſi toti hūores ſit diffu
ſi ad hec ignobilia membra tūc interiora ſunt mū
da ⁊ ſuperfluitates ſunt ſimiles ſanis. De par
te tertia dicit ypo.hoc voluiſſe ꝙ corpora hec in q
bus iſte ſuperfluitates vniãtur prius debẽt mun
dificari ꝙ̃ nutriri ſed ſi nutriantur nõ mundifica
ta magna fieret leſio ſed ſi exeuntia corpus ſunt
ſimilia ſanis.vt dicitur corpus eſt mundificatum
⁊ debet nutriri ad ſenſum dictum.

d Ubitatur vtrum per egeſtionem coleri
cam puſtulis naſcentibus in corpore.
ſignificandū ſit ſuper corpꝰ ĩpuritatẽ
Negatiue arguitur ſic.egeſtõ nõ ſigni
ficat niſi ſuper membra infra dyafragma exiſtẽtia
ergo nõ ſignificat totius corporis impuritatem.
Aſſm eſt ga.ꝑmo ꝓnoſticoꝝ.ca° ð egõe ⁊ ꝑ° de cri
ſi c° 5°.⁊ ſecunda primi vltimo capitulo. Secū
do ſic egeſtio ſumit formã in inteſtis tantum.igit
tantum ſuper inteſtina ſignificat.Aſſumptum eſt
auic.decimaſexta tertij capitulo primo. Tertio ſi
gnificat ſoluꝫ ſuper ſtomacū quia eſt ſuperfluitas
prime digeſtionis ⁊ ſolus ſtomacus facit hanc ſu
perfluitatẽ quia ſolus ipſe digerit digeſtione pria
Confirmatur.quia ſi inteſtina poſſent prima
digeſtione digerere ſequit ꝙ cliſtere poſſet cõueni
enter nutrire.cõſequens eſt cõtra experientiã.tūc
enim in ſquinãtia muſculoꝝ meri nõ eſſet multuꝫ
periculū cõtra aui.tertia tertij. Quarto ſtat egõ
nes puratas cum corporis impuritate.⁊ econtra
primū in peſtilentiali.pꝫ in quo aliquãdo eſt vria
bona ⁊ infirmuſ tendit ad mortẽ.prima quarti.
⁊ ſecundū pꝫ ſecunda ꝑmi cap̄.vltimo. illa parte
ſanus cum dimittit exercitiū frequẽter egerit virꝰ
In oppoſitū eſt ypo. in qõne. primo ponent
notabilia.ſecundo reſpondebitur de queſito.
Notandū igitur primo ꝙ nomẽ egõis dicitur
multipliciter.vt ſupra dicitur.hic tamẽ de ſuper/
fluitate digõnis prime. Nota ſecundo ꝙ cuꝫ in
ſtomaco genitus eſt chilus ex cibo tranſmittitur a
ſtomaco per portanariū ad inteſtina ſimul mixtū
cum ſuperfluitate ꝗ erat inepta cõuerti in chilum
parte ſuperflua relicta ⁊ illa eſt egeſtio cui ꝯmiſce
tur in naturali diſdõe colera a chiſti fellis ad inte
ſtina tranſmiſſa. Nota tertio ꝙ iteſtina ſūt quo
dãmodo receptaculū ſuperfluitatis totius corpis
precipue venaꝝ ſtomaci ⁊ epatis. ⁊ iõ multis exi
ſtentibus ſuperfluitatibꝰ in dictis membris cū fe
ce ꝑmiſcent vt plurimū ita ꝙ nõ diu ꝑſeuerat hūo
rum taliū multitudo in corpore.quin parſ notabi
lis ad inteſtina tranſmittatur.⁊ cū fece egrediat.
Quarto no.ꝙ licet ſtõus habet vtutem digeren
di digõe prima maiorẽ ꝙ̃ alia mẽbra a ſtõ.tamen
in iteſtinis reperit. ⁊ hec virtus tali digõe digerẽ
di lꝫ debilior.Hoc notatū plane colligit 4° de vti
litate pticulaꝝ.⁊ ab aui.16ª tertij cap̄.ꝑmo.⁊ ſpãlr
de iteſtino monoculo.⁊ qꝛ digõ fit a mẽbro a quo
ſupfluitas generat ⁊ ſeperat .iõ ex iſtis patere po
teſt ꝙ ꝯtingit fecẽ ſumere ſuã ſubſtantialẽ formaꝫ
in ſtõ contingit etiam illam ſumere in inteſtinis
cum in eis contingat primam digeſtionem fieri.

Contra ar.q: ſtõus eſt ille q ſeperat a cibo feces ꝛ expellit ḡ nõ inteſtina. aſſumptũ ſuit ꝗnto de in terioribus ꝑmo cap̃.circa ꝑncipiũ.vbi gal.dix ita. ꝛ virtus ſtõi eſt q̃ ſeparat cibũ qñ decoxerit ip̃m ꝛ ſeperat ab eo feces ꝛ eicit eas ad inferi⁹.Hic dr cõ cedẽdo ſtõacuȝ hoc plurimum facere.ſed iſto nõ ſequit̃ ꝙ nũꝗ̃ fiat ab iteſtis.imo alqñ fit ab eis.ꝛ hoc cõcipit̃ ex mõ loquẽdi auic.16.tertij cap̃.ꝑmo Quinto no.ꝙ nõ eſt iconueniẽs vnũ ſignuȝ ſi gnificare ſup plures corꝑis diſpões vnã ſignificã do mediate aliã imediate. nã effectus hȝ plures cãs ꝛ imediati⁹ ſuper imediatã ſigt mediate ſup mediatã. Sexto no.ꝙ lȝ fex imediate fiat a ſtõ tñ ip̃ſam eſſe humoralẽ põt fieri a ſtõ ꝛ a multis alijſ cãisvt ſi i ſtõ generetur flẽa ꝙ egõi ꝑmiſceatur fit hũoralis a ſtõ. ſi vero ab epate vel ſplene vel toto corpore trãſmutat̃ talis humor ad iteſtia tũc dici mus ꝙ fit humoralis ab illo mẽbro. Ultio no.ꝙ egões eſſe humorales põt intelligi pſeuerant̃ ꝛ m̃l tis vicibus ꝛ nõ pſeuerant̃ ꝛ ita eas eſſe ſil'es feci bus ſanoꝝ.Hijs habitis ſit hec ꝑma ꝯ°.ois egeſtõ humoralis imediate ſigt ſup diſpõem inteſtinorũ pȝ q: ois talis ſigt imediate illos humores i inte ſtinis fuiſſe cũ fece. 2ª ꝯ. multe hũoroſe egões ſignt ſup alioꝝ membroꝝ diſpõe ſȝ mediate. Jſta pȝ q: chiloſa ſigt ſup epatis opilatõȝ aut debilita tem .alba ſuper opilationẽ pori fellei. ſpũoſa ſup humiditatẽ capit̃.ꝛ ſic de multis alijs colliḡdũ eſt 16.ª ṫtij. Tertia ꝯ⁹ ꝛ ſi egõ q̃ eſt ſupfluitas ꝑme digõis plurimũ formã ſuã ſubãleȝ recipiat in ſtõ tamẽ plurimas eius diſpões accñtales acqrit in i teſtinis. Pria pars ꝯ°nis pȝ.q: plurimum in ſtõ gnãtur chilus ꝛ idem ẽ gnãns ſupfluitatẽ ꝛ chilũ ſcõa pars pȝ q: croceũ colorẽ acquirit ininteſtinis ex colera ꝓfluẽte a felle ꝯſtãtiã ꝛ ſoliditatẽ acqrit ꝓpt̃ epulſionẽ partis ſubtilis cui cõmiſcebat̃ ꝛ ſe parationẽ ab illa.ꝛ hoc fit in iteſtino ꝛ ita appet ꝺ figura. Quita ꝯ. ꝛ ſi ꝯtingat egõem humoralẽ eſſe factã cor' mundificato plurimũ tñ ſigt habũ dantiã taliũ humoꝝ i mẽbris inteſtis coicantbius puta epe ꝛ venis. pȝ ꝑ° ps in caſu vlti argu.ex au ctoritate aui. ſa ps pȝ q: plimũ nõ totalis hũoral' mã q̃ erat in corpore i vice vna expellit̃. Quita ꝯcluſio.egões perſeuerãt̃ humoroſe ſignt hũdan tiã maloꝝ humoꝝ in cor' quo ad itrinſeca.pȝ q: ñ poſſet pſeuerãter ẽe tales niſi ꝓpt̃ hũdantiã ꝛ in telligit̃ ꝯcluſio deducto errore in cibo ꝛ cã ꝑmiti ua hoc faciẽte ſicut eẽt ꝯtinuuſ pot⁹ mediciaꝝ aut pillulaꝝ. Sexta ꝯ⁹ ſuperfluitates pſeuerãt̃ ſil'es ſanis in colore mõ ſuhe odore tp̃e exitus ꝛ purita te a re intriſeca ſignt intriſeca mẽbra eſſe pura a malis humorib⁹. pȝ q: ſi eſſent iſti mali humores in iteriorib⁹ nõ pſſt notabili tp̃e ſtare qñ aliꝗ̃ſo ꝯ mouerẽtur ꝛ a nã ſm partẽ eẽ expellerent̃. Ad arg.ᵐ in opᵐ.Ad ꝑmũ ne' añs ſed ga.voluit ꝙ ſup alia mẽbra nõ ſignt imediate.ꝛ ita aui.ſcõa ꝑmi. Ad ſcõȝ dr ꝙ egõ i inteſtis ſumit plurimũ formã accñtalem lȝ alñ ẽt ſubalẽ.ſed negat̃ argumentũ Ad ṫtiũ neg' ꝙ ſolũ fit in ſtõ.negat̃ ẽt ꝙ ſol⁹ ſtõuſ digerat digõe ꝑma.nã. aui. expſſe.16.ª tertij ca. ꝑ. vult ꝙ in iteſtino monoculo perficit̃ digõ eius ꝙ i ſtõ effugit digõem. ꝛ pȝ ꝙ loqtur de digõe prima cuȝ dicit. ꝛ inteſtinũ qdem monoculũ ẽ inteſtinũ in quo cõplet̃ digõ eius qꝺ fuit iobediẽs i ſtõ.Ad 4ᵐ pȝ ꝙ ꝯſtat ita ẽe pſeuerãt̃ ſine cã ꝑmitiua.

# Si indigentia.

Concluſio quã intẽdit Ypo.eſt iſta. corpora famelica fame nãli cũ paucitate nutrimenti nõ ſt exercitãda regulariter. p' per exercitiũ tale notabilr̃ ṽtus dic ti corpis debilitat̃ ꝛ ꝓſternitur.ḡ nõ eſt exercitan dum regulr̃. aſſumptũ ꝛ ꝯña ſtati patebũt i notat̃ Circa affõm no.pͥo multis mõis ſumi indigẽ tiã vt ꝸ dr illo affõ. nõ plenitudo ꝛc. Hic tamẽ ac cipit̃ ꝓ fame q̃ cõiungit̃ paucitati nutrimẽti. Se cũdo no. hoc nomẽ labor ſumi multis mõis vt di ctũ eſt affõ ꝑ° huius.hic ſumit̃ ꝓ forti exercitio. No.ṫtio ꝙ exercitiũ qñ ſumit̃ gnãliter ꝓomni ope ṽtutis voluntarie motie.Et hoc mõ dr a gal. in li.de tremore ꝛ iectigatiõe.quod ſtare ẽ ſpẽs ex ercitij. ſcõo mõ ſtricte ꝓ illo motu voluntario ꝑp quẽ reſpiratio i aliqua ſuaꝝ dſaꝝ permutat̃ vl' ap ta eſt corpe in ſuo ꝓprio tpamẽto exiſtente permu tari ad maiorẽ velociorẽ vel frequẽtiorẽ.ꝛ hoc vo luit auic.ṫtia ꝑmi cum dixit. exercitiũ eſt motus vo luntarius ꝓpt̃ quẽ hanelitus magnus ꝛ frequẽs eſt neccius.i.eſſet corpori ſano neccius. ꝛ iſto mõ deſcribẽdo vr̃ gal.dixiſſe ṫtio de regie ſanitat̃.ꝙ ex ercitiũ eſt motus vehemẽs in tñ vt alteret reſpira tionẽ in maius vel min⁹ velocius vel ſpiſſus.nam ſi alteret motus ſui vehemẽtia hanelitũ in minus tũc corpe in ſanitate exñte eẽt ille motus apt⁹ alte rare in maius. No.quarto hora famis q̃ ꝯiũgit̃ paucitati nutmẽti reſolutio fit fortis.nã humiduȝ min⁹ reſiſtit eo paucificato alijs pib⁹ ꝛ ẽt corpuſ a fame calefit vt plimũ ꝛ ẽt ꝓpt̃ triſtẽ ſenſatõȝ ſpũs iordinate mouẽtur vnde diſſoluũt̃. Cũ ergo hec diſſolutio ꝯiungit̃ paucitati nutmẽti nõ põt appli cari alia cã fortiter diſſolutia niſi cũ notabili nocu mẽto.ꝛ p ꝯñs nũꝗ̃ apꝓximaret̃ regulr̃. 5. no.ꝑ exercitiũ fieri fortẽ diſſolõnẽ fortificato calore ꝛ ſpu agitato.Ex his pȝ affõi ṽitas ituẽti. Ultimo no.iſtũ affõm exponi a qbuſdã iſto mõ.Corpa fa lica fame nãli nõ ſt exercẽda regulr̃.ſȝ q: teneo ꝙ ſtat in corpib⁹ vltiate replet̃ laudabili nutmẽto fie ri famẽ nãlẽ.iõ ꝯcedo ꝙ ſtat famelicũ cor⁹ ſine no cumẽto maiori iuuamẽto exercitari q: ſtat diſſolo nẽ q̃ ſe' famẽ ꝛ exercitiũ eſſe vtilẽ.ſed tñ nullũ fa licũ cũ nutmẽti paucitate eſt regulr̃ exercendũ.ꝛ hoc vult.gal.in comento.

# Certa fames

.G.comẽtãdo affõm duo fac. ꝑmo expõit vocabula i affõ poſita affõi ſnĩã ponẽdo.2° ṽificat p cãm.ibi ſa. q: hijs.pria i duas. q: prio facit qꝺ dictũ eſt.2° ãpliat affõm.ibi ſa.qꝺ vlr̃. pria i duas ꝑ° declarat ħ vocabulũ idigẽtia. ſo illuȝ ṫminũ la borat̃.ibi 2ª laborẽ.hãc ꝑmã ptẽ lȝ aliq expõãt ꝙ ga.dicat Y.vocat̃ hic idigẽtiã nãlẽ cibi appetitũ ſi

tamen mihi videtur ita. ꝛ iõ exponam modo meo

Dicit ergo in iſta parte tria. primū eſt ꝙ carentia cibi quā ſeqꝫ imenſus appetitus ē certa fames ita ꝙ hoc nomē fames nõ ſolū ſignificat appetitū vel triſtē ſenſationē ſed multotiēs indigētiā cibi vl nutrimēti qḋ ē idem ꝯnotādo ꝙ illā indigentiam ſequaꝫ appetit⁹. Dicit ſcḋo ꝙ hāc talē famē vocat ẏ. indigentiā in plurib⁹ locis. ṗmo i ſcḋa pticula epidi. cū dicit. he leues cū pp idigētiā comedūt legumina ſequiꝫ eos pedū debilitas. item indigētiā vocat famē dictā. ſ. carētiā cibi. cū appetitu ſiue hec carētia fuerit cū volūtaria ſiue coacta inferiuſ in ſeptima pticula cū dicit. hūidū hēns corp⁹ opꝫ vt indigentia mediceꝫ qua hūores exſiccēꝫ. item i libro ꝓnoſti. dixit ꝙ oꝫ interrogare egrotātē. vtrū habuerit ſolutionē vētris aut nimiā indigētiā. i. nimiā cibi carentiā. Dicit ťtio quo ad hāc partem ꝙ cū ẏpo. noiauit indigētiā intellexit pauperiē cibi. ſ. quā ſeqꝫ appetitus. ꝛ iõ ſēſus affõi eſt vbi idigentia nõ oꝫ laborare. i. q nõ hꝫ manducare non laboret ꝛ hoc pp cām dictā i affõi notaꝫ. Laborē Exponit illū terminū labor di. primo ꝙ p laborem intellīt nimiū motum voluntariū q alibi vocatur exercitiū. ꝛ iõ ex affo. ſnia colligim⁹ ꝙ cibus ſp dꝫ ꝓoccupari exercitiū. i. corpora nõ ſt exercitāda niſi cum pñtia cibi. Ut aūt pars iſta itelligaꝫ ſūitur hic cibus ñ ꝓ futuro nutmēto ſꝫ ꝓ qi nutrimento aut vo nutrimēto. i. nõ dꝫ exercitari corpus i quo nõ eſt ſufficiēs veri vel qi nutmēti quantitas. nõ āt intelligam⁹ ꝙ cibo in ſtõ exiſtēte exerciteꝫ. qꝛ illud digõem fieri ꝓhibet vt ťtia ṗmi ca. de regine eius qḋ comeditur ꝛ bibiꝫ. ꝛ ſi dicatur in illo ca. inceſſus. mihi placet hic ꝛ ꝓpe poſt prādium qm̄ bonitatē opõnis cene ꝑpat dõm ꝗloquiꝫ de iceſſu ſuaui q nõ eſt exercitiū vtꝫ ibi legēti. Quod vlr. Ampliat affõm di. ꝙ hoc vlr eſt faciendū a ſanis ꝛ infirmis regulr qꝛ ſanis nõ eſt iniūgendū ꝙ ieiunēt ꝛ ꝙ laborēt regulr cū tunc fieret notabiliter nocumentū diſſolutionis ꝛ itelligaꝫ ſana iculpate. Nam in aliquo caſu ſanus ꝛ lapſus indiget ſimul exercitio ꝛ fame ꝛ ieiunio. vt multa fiet in eo diſſolutio. Item infirmoꝝ corpa nõ ſt nimio motu fatiganda ꝛ habere ieiunia famē dictā. ſilr nꝫ farmacia ꝛ medicina ventris ſolutia ꝛ flõia ſt neccia ieiunantib⁹. i. carentib⁹ nutrimēto niſi irregulr ꝛ coacte qſiꝫ. Quia hijs. verificat p cām ꝛ dicit duo. ṗmū eſt qꝫ iſta nõ ſunt iniūgenda eſt qꝛ per iſtos motus defficit corp⁹ ſiue vtus. i. debilitaꝫ mlꝫ tum. ꝛ ẏpo. ad hoc intendit in affõ vt virtus cuſtodiaꝫ ſicut eſt ſcriptū in libro de dieta. Dicit ſcḋo ꝙ vtus eſt quodāmõ vna ꝛ quodāmõ nõ vna. etenim vna in genere ꝛ multis formis. i. multis rõnibus ſibi ꝯuenientib⁹. vbiq̄. eſt vna ſub hac rõe aīa ꝛ ſub hac rõne forma ꝛ ſub hac rõe virtus. ſꝫ ſpāli denõiatione nõ eſt vna. i. nõ ſolum hꝫ vnā ſpecificāt denominationē. nā vocaꝫ viſiua. auditia nutritia generatia augmentatia. ꝛc. q̄ oia ſt res vna. ſ. aīa. ꝛ hūc credo h⁹ loci intellectū. licet multi intelligāt de ſpū vitali q ē vtus vna gnālr ad omnia opera ꝯcurrēs multaꝝ formarū diuerſoꝝ mēbroꝝ ſed vtus in ſpē. i. ſpāles ſps dearticulati ad certa opa ſt plures. ſ. aīalis ꝛ nālis ꝛ viſiuuſ ꝛ auditiu⁹

## Bicunqꝫ cibus.

Cõcluſio affõi ē iſta

In quocūqꝫ corpe igrediꝫ cibus ꝑnāꝫ in eo ē aptus facere morbū. p². qꝛ talia corpora p cibū ſumptū ꝑternāꝫ ſt apta incurrere morbos q curantur p eūonez eius qḋ ex tali cibo in corpe remanet. ḡ cibus erit aptus facere illam egritudinē. tꝫ ꝯña. qꝛ talis euacuatio. nõ curat niſi ꝓ quāto p illā educitur cā morbi q̄ erat rēanēs ex cibo aſſumpto. Circa hūc affõm nota. ṗmo ꝙ p cibū debemus hic intelligere nutmentū ꝙ cor⁹ ingrediēs ē aptū in illo opari a mā ꝛ ꝯuerti i ſbāꝫ mēbroꝝ ſiue fuerit in forma potabili ſiue nõ. 2ᵒ nota triplicē inueniri cibū. naꝫ qdā dr verus cib⁹ ꝛ eſt ille q imediate in ſubām corpis ꝯuertitur ut vna de ſcḋis humiditatib⁹. qdā dr qi nutrimētum ꝛ eſt ois hūiditaſ nālis in noſtro corpore p digõꝫ genita apta nõ imediate. ſed tandē nutrire p actõnē caloris nālis vlteriorē. ꝛ iſto mõ chilus ꝛ ſanguis eſt qi nutrimentū. Tertio mõ dr cibus vel nutmentū ꝙ ab exꝫ ingrediēs corpus ē ita aptum pati a calore nāli corpis vt tandē in ſubām corpiſ ꝯuertatur ꝛ quolibet iſtoꝝ triū mõꝝ verificaꝫ affo⁹ vt patebit. Tertio no. ꝙ talis cibus tunc dr ingredi corpus nāliter cū ingreditur vt corpi ꝯueīt cõſiſtit aūt ꝯueniētia maxie in ſex cõdictionib⁹ in q̄ꝫtitate qualitate manifeſta qualitate occulta ſiū ꝓprietate mõ ſube tpe ꝛ ordine debitꝫ. licꝫ iſte ſex ꝯphēdanꝫ a gal. ťtio tegni. ſub qualitate ꝛ q̄ꝫtitate. ꝛ ita extra dicim⁹ cibū inconueniēter corpus igredi qñ in aliqua de iſtis ꝯdictionib⁹ diſcõueniꝫ. Quarto no. ꝙ cibū ingredi corpus ꝑnām põt intelligi duob⁹ mõis. vno mõ vt in aliqua dictarū ſex ꝯdictionū fiat diſcõueniēs puta inconuenienti q̄ꝫtitate aut qualitate ꝛc. Secḋo mõ dr ingredi corpus ꝑternām qꝛ ꝑter poſſe nē. ita ꝙ a virtute nāli regulari nõ poſſit. ꝛ hoc mõ ſcḋo ſūpſit gali. i ꝯmēto ꝛ cõſtat ꝙ ſeᵉ hic cibus ingreditur corpuſ ꝑternām mõ ſcḋo. ḡ ingreditur corp⁹ ꝑternāꝫ mõ prio. nā nūq̄ꝫ cibus ē talis vt a virtute regulari ñ poſſit niſi merito defect⁹ alicuius iſtaꝝ ſex ꝯdictionū ſed bñ põt eſſe defectus i aliqua dcāꝝ rerū ſex ꝛ tñ cibus obtinebiꝫ a vtute. vt ſi vbiq̄. peccat i quali ſed ē in modica q̄ꝫtitate. quia virtus ipm ſupat ac vincit. Quito no. ꝙ hoc nomē egritudo qñq̄ꝫ ſumiꝫ ſtricte ꝓ diſpõne corpis hūani ꝑnām p ſe ꝛ imediate ꝛ eſſentialr ꝛ ſēſibilr opõnum leſiua. vt ſuꝑ dictū eſt. qñꝫ large ꝓ diſpõne ꝑter nāꝫ leſiua opõnū per ſe ꝛ imediate ꝛ eſſentialr ſiue ſſibiliter ſiue nõ. ſꝫ tñ exꝫ latitudinē ꝓpe ſanitaꝫ exñte. i. per quam corpus latitudinē proprie ſanitaꝫ egrediꝫ.

Tertio ſumiꝫ ꝓ omni diſpõne iperſectia opõm ſiue itra latitudinē ſiue extra. ꝛ hoc tertio mõ ſumēdo nõ eſt dubiū quēlibet cibū ꝑternām corp⁹ ingredientiū facere egritudinē qꝛ facit diſpõem leſiuā operationū aliquo mõ ſiue multū ſiue modi

cū ꝑmaneat. nā ſtatī ſicut corꝑi applicaẗ īcipit a/
gere diſpōnem talem. ſi uero ſumam⁹ egritudinē
ꝑmo aut ſcđo mō. tūc intelligendū eſt ꝙ fāc egri
tudinē .i.ſi ꝑſeuerat ⁊ in notabili ꝙ̄titate ſumaẗ ē
aptus facere egritudinē. nā ex vna aſſumptōe nō
ſit egritudo mō dicto ſꝑ.ſed eſt apta ex multis tali
b⁹ fieri. ⁊ hūc ſenſū vr̄ mihi gal.i ꝯmēto hūiſſe. ſ;
hic ſolet q̄ri ſi cib⁹ fāc egritudinē i q°gnē cē ē cib⁹
Ubitaẗ utꝝ cibus ē cā ꝑmitiua morbi āt
d corporea. vtꝝ ancedēs vel ꝯiuncta. nam
ſi cibus in eo ꝙ talis eſſet cā corporea.tūc
qlibet cibus eēt cā corporea ꝙ repugnat locutiōi/
bus auctoꝝ dicentiū cibū eſſe cām ꝑmitiuā ⁊ icor
poreā. ſi vero dicaẗ cibū eſſe cām ꝑmitiuā vt ſic.
Tunc ſeqẗ ꝙ ſi quis potaret ſanguinē ꝓpriū ille
eſſet cā icorporea .ꝯñs falſum qꝛ eſt cā humoraliſ
⁊ oīs talis eſt cā corporea. Pro h⁹ ergo dubij
intellectu notandū apud auctores medicine inuēi
ri iſtos terminos . cā primitiua vel icorporea aut
corporea cā añs cā ꝯiuncta. Cauſa deſcribiẗ ſa
primi qꝛ eſt illud quod ꝑmo eſt ⁊ ex quo ꝓuenit i
ven° alicuius diſpōis in corpore hūano aut fixiōiſ
eius.ꝑ cām.n.medici intelligūt cām efficientem.
Efficiens autē aut perducit de nouo diſpōz eius
c⁹ eſt cā aut cōſeruat.⁊ hoc mō uult auic. ꝙ ex cā
ꝓueniat i ven° alicuius diſpōnis qꝛ ꝓducaẗ ab ea
aliqua diſpō aut fixionis.i.ꝯſeruatiōis uel ꝑmanē
tie ⁊ hoc per cām conſeruantē qualꝫ aūt cā eſt ꝑō
nā.⁊ nō oꝫ ꝙ ſit prior tꝑe ſuo effectu. ⁊ qūo cōſer
uans reducit ad genus cāe efficiētꝭ ſūt res magis
ad ſm phiſicoꝝ pertinētes. Cā uero a medico vo
catur incorporea qꝛ ſunt cāe ex̄ ſubām corꝑis hu
mani.oē illud quod aduenit ab ex̄ aut iprimit ac
ſi ad ex̄ adueniret aut ſi ab intra aduenit ⁊ ab in/
tra iprimit eſt tñ nō ꝑncipalꝫ corporis ſ; aīe deno
minatiuū. Et dico notanter ꝙ aduenit aut iꝑmit
ac ſi ab ex̄ adueniret.ſicut vbiḡ.ſiqẗ digito ꝑcuſſit
occulum dicimus illū digitū eſſe cām icorpoream
nō obſtante ꝙ nō aduenit ab ex̄. ſed qꝛ eo mō ipri
mit quo ab ex̄ veniētia ꝯſueuerūt iprimere. iō dr̄
cā incorporea ⁊ ſanguis ꝓprius bibitus eſt ēt hoc
mō cā incorporea.ſed nō lapis in veſica. Alij aūt
ſolent hoc mō cāz icorporeā deſcribere ꝙ eſt cā q̄
nō fuit genita in corpore hūano.aut alñ fuit extra
corp⁹ aut eſt nō ꝑncipalꝫ corporis denominatiua
⁊ hoc vltimū addūt ꝓpter aīe accñtia. ſed hoc nō
puto veꝝ ꝓpter digitū percutientē q ē cā primitia
⁊ ſibi nō ꝯuenit deſcriptio iſta. Aliq uero deſcrip
ſerūt ꝙ cā icorporea ē cā corpori extrinſeca aut in
trinſeca pendēs tamē ab aīa ut ē cognoſcitia.⁊ pꝫ
ꝙ ꝯ̄ hoc Av̄. ſicut ꝯ̄ ꝑcedentꝭ de mēbro ꝑcutiēte ⁊
iteꝝ cibus cū eſt intra corp⁹ eſt tamē cā icorporea
quouſq; nō permutaẗ in corꝑe. Videẗ ergo me/
lius dicere ꝙ eſt cā ex̄ corp⁹ genita vel eo mō alte
rans vel permutās quo ſolēt extrīſeca permutare
aut operatio vel paſſio pendēs ab aīa vt ē v̄tus co
gnoſcitiua. per cām aūt corporeā intelligūt cām
genitā in corpore ⁊ eo mō quo genita ꝑmutare ſo
lent permutās ⁊ nō principalꝫ operatio uel paſſio
aīe ut ē cognoſcitia. ſicut vbiḡ.ꝯplīones cōpōnes
⁊ humores mēbra ēt putrida cām autē antecedē/
tem qdam medici hoc mō deſcribūt ꝙ ē cā corpo
rea inter quā et effectū cadit mediū ⁊ per mediuz
aūt intelligūt tꝑs mediū aut aliā cām mediā effe
ctui viciniorē ita ꝙ fleā.vbiḡ.exiſtens nūc nō pul
dum qđ hinc ad annū cābit febrē ⁊ nunc nō cāt.
eſt cā añs illius future febris. Quod dictū ē vo
luntariū. Tunc eni oꝫ dicere ꝙ in corpore de ſo
mō equalitatꝭ ē cā morbi. pꝫ qꝛ eſt humor q hinc
ad annū cābit morbum vt ꝯſtat eſſe poſſibile.⁊ cū
oīs talis ſit ꝑternām ſequiẗ ꝙ in corpore de ſcđo
mō equalitatis ē res pretnām qꝛ cā morbi. vr̄ er
go mihi ꝙ ad hoc ut ſit cā añs requiriẗ ꝙ ſit cā. ⁊
cū hoc inter ipam ⁊ effectū cadit cā media. vbiḡ.
ſi cerebꝝ eſt repletū humiditate flēatica ⁊ parſ hu
moris deſcēdit ad foramē vuee tunc dicim⁹ ꝙ iſta
cerebri repletio eſt cā opillatōis.naz per illā reple
tionē ꝯtingit ꝙ ille paucus hūoꝛ ad foramē deſcē
dit. Et ſi dicaẗ ꝯtra qꝛ tunc i febre ītiana multoꝝ
paroxiſmoꝝ nō eſſet cā cōiuncta. qꝛ nō eſt cā niſi
humor q actu putrefit q eſt cā ꝯiuncta. dr̄ ꝙ ſtat
humorē q non eſt putridus eſſe cām putde fe.me
diāte putrido.vbiḡ. ſi vncia vna colere male eſſet
nō moueret ad putredinē qꝛ regulareẗ.ſed qꝛ iſta
ꝯiungitur cū alijs illa nō mouetur ad putredinē
ſicut alie nō putride ſꝫ cā q̄ r̄ iſta putrefit. ⁊ ſic ſūt
cā febris mediante iſta. Cā āt ꝯiuncta ē illa cor
porea inter quā ⁊ effectū nō cadit cā media ſicut
vapoꝛ putridus eſt cā cōiuncta putride fe. Utrū
aūt hūoꝛ putdus q nō peruenit ad coꝛ ſed ſuū va
porē cōicat cordi ſit cā ꝯiūcta eſt qđ alibi vidēda
Ad ꝓpoſitū ergo reuertēdo dr̄ ꝙ cib⁹ interi dū
ꝑmanet i forma qua ab ex̄ immiſſus ē corpori ē cā
ꝑmitia.ſed poſtq; trāſmutatus eſt a calore noſtro
poſt ꝑmā applicatōz ꝑ mōz cibi extrīſeci ⁊ ꝓpam
ꝑdidit formā ⁊ aqſiuit nouā tūc eſt cā corꝑea. aut
primitiua aut antecedens ⁊c.

Quod hic ⁊c. Galie.in ꝯmēto facit
duo. ꝑmo pōit hitudinē
h⁹ affōi ad 4m h⁹ ꝑticule.2° ꝯmētatur affōz.ibi 2°
Qđ ꝑter nām. Dicit ꝑmo ypo.alibi dixiſſe illđ qđ
hic dix.ſ.in alio affō.vbi dicit nō plenitudo nō idi
gētia.ſed hic ſolū loqẗ de plenitudie.i.repletione
nē poſſe excedēte.⁊ iō iſte affō⁹ ē ꝑticularis r° affōi
4i.Qđ ꝑter nām. Expōit affōm ⁊ diuidiẗ in duas
ꝑtes. ꝑmo oñdit qd intelligendū ſit per cibū ꝑter
nām corp⁹ intrātē. 2° v̄ificat ſcđam ꝑtē affōi ſ.illā
manifeſtat v̄o ſanatatꝭ.ibi 2°. qđ aūt. Pria i duas
ꝑmo pōit vnū gnālē intellectū cibi ꝑternāz iplicā
do vnā diſtinctionē.2° ſpālꝫ oñdit intellectū ypo.
ibi 2° Qđ āt cibū. Dicit prio ꝙ cū ypo.dixit ꝑter
nām itellexit cibū facientē replōnē que dr̄ ꝑt nām
in ꝯpatōe ad aliā replīonē q̄ ē nālis.nam mēbra
debent eſſe aliqua repletione naturaliter repleta
Dicit ſecundo quo ad hanc ꝑtem ꝙ repletio ꝑ
ternām ē duob⁹ modis. vno mō in ꝯparatōe ad
largitatē uaſ.⁊ iſto mō illa diciẗ repletio ꝑternāz
qua vaſa plus debito extendūẗ. 2° i ꝯparatōe ad

tenorē ꝟtutis.ꝛ iſto mō dr̄ repletio cū i loco ꝯtine
tur corpꝰ qd̄ a ꝟtute recte regulari nō pōt. Nam
ſi in ſtō eſſet cibus multū extendens.ſ. merito ſui
mōi ſube q̄ poſſit forti exiſtenti ꝟtute bene ꝛ facilr̄
digeri.iſta ē repletio quo ad vaſa ſ3 nō quo ad ꝟtu
tem. Jtē ſi in ſtō paucus ponaṫ cibꝰ ſed malus
ita ꝙ eū ꝟtus vincere nō poſſit illa ē repletio quo
ad ꝟtutem ſ3 nō quo ad vaſa.q2 uaſa nō ãpliore3
hn̄t quãtitatē ꝙ̄ nãliſſime capere deberēt.
Quod aūt cibū. Iſtō ſpãliter exponit ꝛ diuiditur
in tres partes.primo ponit ꝟam expōē3. 2° vnam
falſã ꝛ i.pbat. 3° vnã aliã falſã ꝛ iprobat.ibi 2ª.Ali
ter aūt.ibi 3ª.Alij alit̄ dicunt. Dicit pˀo ꝙ ꝯ yp.
dicit cibū p̄ter nãm itrantē corpꝰ facere egritudi
nē nō dixit illud vt intelligemꝰ ꝙ cibaria extēden
tia ſtō3 nocent. ꝛ iſta q̄ ſunt minoris q̄titat̄ ꝙ̄ ca
pere poſſit ſtōus non nocēt. ſed ſupple vt itellige
remus ꝙ cibaria faciētia repl̄onē in ꝯparatiōe ad
ꝟtutem ſīt illa que faciūt egritudie3 . ꝛ ꝙ non op3
oīa ſed illa q̄ faciunt repletionē quo ad ꝟtutē. pro
bat tribꝰ exēplis. Primū eſt ſi virtus ſit fortiſ ꝛ ci
bus multū extendēs ſtōm facilis digōis virtus eū
ſuperabit ꝛ digeret ꝛ nō faciet morbū.ſed ſi cibuſ
fuerit paucus male digeſtibilis.virtus ēt d̄bilis ñ
poterit eū ſuperare ꝛ iō faciet morbū. Secundū
exemplū ē de digōe epatis. nã forti exñte ꝟtute ꝛ
chilo facilr̄ ad ſanguinē trãſmutabili ēt ſi multu3
vene epat̄ ipleanṫ.virtus tñ digeret ꝛ i bonoſ mu
tabit hūores.ſed vbi ꝟtus epatis ſit debilis valō
nō obſtãte ꝙ chilus ſit paucus p̄cipue ſi male fue
rit digeſtibilis virtus epatis eū ſuperare nō pote
rit ꝛ erit aptū facere egritudinē. Tertiū exēplu3
eſt de ſanguie ad mēbra exteriora trãſeunte.nam
illoꝝ mēbroꝝ forti exiſtēte ꝟtute ꝛ ſi i quãtitate ſu
peret digeriṫ.ꝛ i ſubã3 membroꝝ trãſmutaṫ.ſed
ſi mēbra ſīt debilia q̄uis paucus eēt ſanguis tañ
nō digeriṫ ꝛ eſſet aptus facere egritudinē. Ex q
bus p3 ꝙ plenitudo quo ad ꝟtutē eſt aptior facere
morbū ꝙ̄ plenitudo quo ad vaſa. ꝛ iō ꝟiſimile eſt
ypo.itelligere hūc mō3 repletiōiſ q eſt ꝟm tenorē
ꝟtutis humana corpa regētis. Aliter aūt. Hic
ponit expōem nō ꝟam illius partis dicte. ꝛ poſſet
diuidi i tres.q2 primo ponit expōem. 2° rōem pro
illa.3° iprobat.Dicit pˀo ꝙ poſſibile ē illã parte3
alr̄ itelligi ab alijs ꝙ̄ ſit dictū. Et eſt ꝙ dicamꝰ ci
bum illū p̄ter nãm q excedit nãm ꝛ virtutē rōne
alicuiuſ ſue qualitatis. Dicit 2° ꝙ hoc ap3 rōna
bile.ꝛ rō eſt q2 ex quo oīa mēbra ad ſui nutrīcatiō3
appetūt cibos ſibi ꝯueniētes.iō illi dr̄ nãles qui
ꝯueniētes ſīt ad nutriendū ea.ſed ſi cibꝰ alicui mē
bro fuerit ꝯueniēs ꝛ alteri nō aduenerit cibꝰ con
gruus.tūc ꝓcul dubio dicemꝰ cibū p̄ter nã3 in
gredi corpus ꝛ p̄cipue mēbro cui non conuenit.
De pte tertia dicit ꝙ iſta expō non eſt ad mētē
ypo.Ratio q2 ex cibo in qualitate peccãte nō eſt
neceſſe morbū gnãri q2 ſtat ipm eſſe modicū vt di
geri poſſit.ꝛ iō ex eo nō gnãbitur morbꝰ n3 ſi mul
tiplicatur.hoc mō multiplicatiōis ē aptus facere
morbū. Hoc aūt ꝓbaṫ.primo q2 medicina mē-
brū corrūpens.vt opiū vel mandragora vel eufor
biū nō fāc morbū niſi in quãtitate notabili detur
Scd̄o idem ꝓbaṫ q2 humor ad mēbra trãſmiſſus
non facit morbū niſi fuerit notabilis quãtitatis .
q2 qñ eſt paucus niſi ſit exˀme malicie potiꝰ ex eo
nutriret mēbꝝ cui ꝯ̄t. nã niſi mēbꝝ ex illo eēt ap
tum nutriri nō diceretur cibꝰ.ꝛ tñ hic loqtur i affō
de illo q ē cibus. 3° ꝓˀ.q2 aer cū hanelitu attrac-
tus ad ſtōm ſi ſit paucus non ledit.l3 non ꝯuēiat
ꝛ hūiditas pauca ad cãnã pulmonis deſcēdens
nō ledit.g̃ nō ēt qlibet cibꝰ qualitate peccãs ledit
S3 q2 gal. dic hic ꝙ opiū ꝛ mãdragora ꝛ euforbi
um non ledūt niſi augmētata q̄titate. q̄ oīa dicū
tur venena aut medicine venenoſe iō hic.
Dubitaṫ vtꝝ venenū poſſit nutrire. ad ptē
d negatiuã aṫ. ſic. illud qd̄ eſt penitus ꝟm
totã ſubã3 diſcōueniens nō pōt nutrire
hoīem.venenū eſt hꝰmōi g̃ ꝛc. Maior ē gali. itio
ꝯplīonū ca.ſcd̄o.di. o3 igitur vt ſit iter totã ſubã3
nutriētis ꝛ totã ſubã3 nutriti coicatio aliqua ꝛ ſi
militudo. minor arguiṫ q2 illud qd̄ ꝟ3 totã ſubã3
eſt interficiēs ꝛ ꝯtrariū eſt penitꝰ ꝟm ſubã3 diſcō
ueniēs.ꝛ venenū eſt hꝰmōi g̃ ꝛc.minor ē auic.2ª.p
mi.cap.de eo qd̄ comediṫ ꝛ bibitur.vbi dixit . Si
ꝟo tota ſubã mortificãs ē venenū. 2° ſic aṫ illud
quod nō permutaṫ a corpore ꝟm totã ſuba3 non
nutrit ſed venenū ꝟm totã ſ ūam nō permutatur
a corpe ſed mutat ipm.g̃ venenū nō nutrit.maior
eſt clara.minor ē auic.fa pmi cap.allegato dū dix
Jllud ꝟo quod nullo mō a corpe mutaṫ ꝛ ip3 mu
tat venenū abſolute. 3° ſic venena putrefaciētia
ꝛ corrodentia nullo mō pñt nutrire. cum ipa ſint
calīa ſeqṫ ꝙ a pari nec alia ꝙ̄ calida venena pote
rūt nutrire.g̃ nec fria nec calida venena poterunt
nutrire.ſed ꝙ ſequatur ꝙ fria nō poſſūt nutrire.
Arguiṫ q2 calida venena ꝛ corrodētia a corpe nr̄o
trãſmutabilia ſīt.ſed fria vt opiū nec ꝟm qualitatē
nec ꝟm ſubã3 ſīt a nobis trãſmutabilia.Cum ergo
trãſmutabilia a nobis magis videãṫ poſſe nutrire
ꝙ̄ nō trãſmutabilia ſeˀ ꝯñã3 valere. iſta corroſiua
nō pñt nutrire.g̃ nec fria ſ3 ꝙ corroſiua ꝛ putrefa
ctiua a nr̄o calore pmutenṫ.colligiṫ a ga.itio ꝯplī
onū ca.5°.dū dixit.de illis venenis calīs corroſis.
ꝛ illud iō qm̄ cū corpi calido occurrūt ꝛ aliqualr̄
ad recipiendū alterationē iclinanṫ quedã vltᵐ ca
liditat̄ ꝯſeqūtur ꝛ quedã eoꝝ in putredinē ꝯuer
tunṫ.ꝛ ꝓpter illud trãſmutãt corpa aīalis. ſed ꝙ
fria venena nō pñt a corpe trãſmutari n3 ꝟm totã
ſubam n3 qualitatē colligiṫ. ꝛ p̄cipue de lacte pa
pauerís eodē mō dū dix Scd̄m ãt hūc mō3 corpꝰ
hoīs ꝯriū eſt lacti pap. qm̄ non eſt eius vt in ipm
penitus aliqd efficiat n3 ꝟm qualitatē n3 ꝟm vle3
ſubãm eius. Qd̄ aūt iſta corrodētia nullo modo
corpa nr̄a nutrire pñt.ſūiṫ a gal.3° de ſiplici medi
cina diſtictione 4.c°.itio dū dix. in medicis aūt q̄
iterficiūt p illud qd̄ facit accidere de corroſione
ꝛ putrefactione non ē poſſibile vt nutriãt penitus
ꝛ ſi q̄titas eoꝝ ſit parua i terio pūitat̄. Jn opᵐ aṫ
pˀo aucte gal. itio de ſimplici.loco alle.dū dixit.

Et ex oībus rebus ſcit qđ vna medicinaꝝ q̄ interficiūt ꝑ ſuā īfridationē qñ ſumit ex ea quantitas pua poſſibile ē vt nutriat corpꝰ ſicut ſuccꝰ lactuce

Ratione arguo ſic. poſſibile eſt vt nutrimētū a corpe noſtro ſpolieť ſua venenoſitate. ⁊ poſtea poterit in ſubām noſtri corpis ꝯuerti.ğ venenum pōt nutrire.ergo ꝯña clara. Aſſuᵐ ꝓbať qꝛ nutrimentū pōt corꝰ ſpoliare ſua venenoſitate ⁊ magiſ ſufficit corpus mutare nutrimentū ꝙ extra. ergo corꝰ poterit nutrimentū ſpoliare ſua venenoſitate ꝯña clara ⁊ aſſumptū pꝫ de arbore trāſplātata đ pſia ī egiptū de qua loquiť gal.6° de accñti ⁊ morbo.q̄ ī pſia erat venenoſa ⁊ in egipto ñ erat vene. que mutatio nō fuit niſi pp nutrimentū diuerſuꝫ

Confirmať qꝛ ſtat in hoīe inueniri ꝓpzietatē nālem corrūpendi venena ⁊ venenoſitates.Sed iſta exñte poterit ille hō venenū ſua venenoſitate ſpoliare. aſſumptū ē auic.in ſeptimo de aīalibꝰ vbi dicit ī pñia ſua fuiſſe hoīeꝫ quē cum morderēt ſpentes nō ledebať nec veneni ipreſſionē pcipiebat.

Confirmať ſcđo qꝛ ꝑ vſuꝫ medicinaꝝ tyriachaliū corpi acqriť ꝓpzietas reſiſtendi veneno vt pꝫ. in cap.de tyriacha qnto cañ.ſexta quarti ⁊ de mei dato: Confirmať tertio qꝛ ex paulatina aſſuefactiōe fiūt aliī potētes ſumere venenū ſine nocumēto vt dic gal. de muliere q̄ ꝑ hanc aſſuefactionem ꝑuenit ad hoc vt ex iuſqamo ſumeret ſine nocumēto quātitatē magnā tertio de ſimplici medicīa. diſtictione quarta cap.pzio Tertio pncipalr arͭ đ puella nutrita napello de qua dr ſexta quarti ꝙ facta eſt ita venenoſa ꝙ nō appꝛoximabat ei gallina.

Quarto ar. qꝛ in corpe noſtro pōt venenū gnāri vt patet de ſaliua hoīs colerici ieiunii 4° đ interioribꝰ cap.ſexto. ğ pōt hō veneno nutri. In iſta qōne ſi varii mōi dicendi.⁊ iō faciā tres articulos In primo oñdam qđ ē venenū ⁊ qđ medicina venenoſa ⁊ in quibꝰ differūt. in ſcđo ponā opionem q̄ mihi vr nō ſufficietē de q̄ſito. in ttio rñdebo iux ſniam gal. Quantū ad pmū no.ꝙ hoc nomē venenū qñꝫ ſumiť large.ſ.ꝑ oī qđ applicatuꝫ corpi vel mēbro tpamento vicino in doſi qua denōiatur tale ē membri vel corpis corꝛuptiuū ſine qualitate ſiue ꝓpetate.⁊ hoc mō large dicitur venenum ſexta quarti cap.ſcđo. in venenū opatiuū a qualitate ⁊ in opatiū a ꝓpzietate.⁊ hoc mō loqť ga.ttio ꝯplexionū cap.quarto. vbi poſtq̄ narrauit venēa q̄ a ꝓpetate ꝯtrariātur. ſubdit venenoꝝ quoddā eſt aliud genus pncipiū alterationis ſue ex caliitate que ē in corpibꝰ noſtris recipiēs. Et idē auer. 5° colliget.qñꝫ vo ſūiť ſtricte prout importat corpus humani corporis vel mēbri occulta ꝓpetate ꝑemptiuū que a tota ſubā imediate ꝯplxionē eius corꝛūpendo.Et hoc mō diſtinguiť ꝯtra medicinā venenoſā.⁊ auic.deſcribit ſcđo cañ.cap.4° dū dix Et venenū ē medicina q̄ corrūpit ꝯplxionē.ſ. hūanam nō cū ꝯtrarietate tantū ſꝫ cuꝫ ꝓpzietate que eſt in ipſo.⁊ hoc mō diſtinguiť contra medicinam venenoſā ſcđa pmi cap.de.eo qđ comeditur ⁊ bibitur loco ſ allegato. No.ſcđo ꝙ hoc nomē medicīa venenoſa qñꝫ ſumitur large ſic venenū primo mō dictū vt dicitur tā de operante a ꝓpetate ꝙ de operāte a qualitate mortificando.⁊ hoc mō loqtur gal.tertio ꝯplexionū loco allegato dicens. ſed res q̄ remanēt ſm diuerſas ſubās abſqꝫ pmutatione ⁊ pmutant corpꝰ ſi medicine male corrūpentes nām aīalis qua ꝓpter exiſtimo genus oīū haꝝ medicinarū eſſe venenoſum.⁊ ita vtiť ſepe ꝯ de ſimplici medicina diſtinctione quarta cap. primo ⁊ tertio. Secđo mō ſumiť ſtricte. ⁊ hoc mō dicit ſcđa pmi ꝙ opō medicinaꝝ quarti gradꝰ eſt ꝓpetas medicinaꝝ venenoſaꝝ.⁊ hoc mō ſumitur ſcđo cañ.cap.quarto allegato cum deſcribiť medicina venenoſa aut venenū vt euforbiū ⁊ opiū.ſed tu diceres ſi eſſet vna medicina agens a qualitate vt napellus q̄ eſt calus ⁊ a ꝓpzietate interficiens Utrum dꝫ dici medicina venenoſa. dicendum ꝙ res hñs occultā ꝓprietatē corrūpendi qñqꝫ hꝫ ꝯiunctā qualitatē ꝑ ſe ſine ꝓpzietate mortificatiuā ⁊ taliter dr venenū abſolute. ⁊ diciť medicina venenoſa diuerſis reſpectibꝰ qꝛ vtriuſqꝫ rō ⁊ veneni ⁊ medicine venenoſe ſibi ꝯuenit. Secđo mō cōtingit ꝙ cū ꝓprietate interfectia ſit qualitas nō ꝑ ſe peremptiua.⁊ tunc erit venenū abſolute ⁊ non medicīa venenoſa. Nec vꝫ argᵐ. eſt medicīa ⁊ ē venenū ğ eſt medicina venenoſa.vbi ğ. napellus ē calidus in ſcđo ⁊ a ꝓpzietate interficit. eſt ğ venenū ꝓpter ꝓpzietatē ⁊ ē medicina pp qualitatē.ſ.ē calidus ſed nō eſt medicina venenoſa qꝛ nō eſt talis in quarto gradu nec merito qualitatꝭ per ſe pimeret. Scđo dubitať vtꝝ medicina ꝑ ſuā attractionē interficiens vt elleborus debeat dici venenum aut medicina venenoſa.ꝙ dicatur venenū abſolute. Arguitur qꝛ pimit per ſuam ῡtutem attractiuam ⁊ talis eſt ꝓprietas occulta. vt Meſue vl ergo eſt perēptiuus a ꝓpzietate ꝙ ſit medicina venenoſa habetur a meſue in cap.ꝓpzie. ⁊ ꝓbať qꝛ antequam corꝛumperet indiget notabiliter pmutari.ergo eſt medicina venenoſa nō venenū. ꝯña tenet ex auic.ſcđa pmi capitulo de eo quod comeditur ⁊ bibiť.vbi hanc ponit differentiā inter venenum ⁊ medicinā venenoſā. Hic dr ſuppoſito ꝙ elleborus hēat ꝓprietatē educendi ⁊ attrahendi humores in tantum vt inde ſequať ſpaſmus ⁊ nō habeat ꝓprietatē imediate corꝛuptiuā complexionis humane.⁊ cū hoc nō habeat qualitatē quarti gradus.quod elleborus eſt venenuꝫ largo modo accipiendo venenū ⁊ eſt medicina venenoſa largo mō.Et ſic cōputatur ſexta quarti.inter venena.⁊ qnto colliget. Sed ſtricte ſumendo vtrūqꝫ modiſ dictis.nec eſt venenū nec medicina venenoſa.Et ſic apparet qđ uenenū ⁊ medicina uenenoſa ſtricte accepta nō ſufficienter diuidūt uenenum largo mō ſumptū. Quātuꝫ ad ſcđꝫ.prima opio ſtat ī duabus ꝯ°nibꝰ vt breuiſſime dicatur.prima poſſibile ē venenū qualitercūqꝫ acceptū in tā modica quātitate recipi vt inde corpus nutriať. ꝓbatur. tanta pōt eſſe ꝓportio corporis ad paruā parteꝫ quāta eſt corporis ad magnū cibum.ſed tāta pōt eſſe

eſſe ꝓportio corporis ad magnū cibū ꝙ ipſum in
ſubam trāſmutando cōuertet.ergo pīter de vene/
no. 2ª ꝯclō impoſſibile eſt corp⁹ nutriri veneno
ſūpto in quātitate tāta in quāta dꝫ ſumi cibus ꝑ
debita reſtauratione facienda per vnā integrā ſa/
turatiōnē vt cōmeſtiōnē hoc pꝫ qꝛ venenū quali/
tercūqꝫ accipiatur in tāta quātitate interficeret ꝑ
us ꝙ̄ nutriret. Et ad hūc intellectū debet intel
ligi ꝙ venenū mutat ⁊ nō mutaꝛ a corpore muta
tione de qua ſit curādū.ſ.quando in tanta quanti
tate ſumaꝛ in quāta capienda eſt cib⁹ ꝑ vna inte/
gra ſaturatione.⁊ ad hūc ſenſuꝫ intelligūt docto/
res dicētes venenū nō poſſe nutrire. Hec pō le
uiter fundaꝛ.Nā ex motio cōcluſionis prime oſtē
dereꝛ ꝙ ex pane imediate poſſet corp⁹ nutriri cuꝫ
in tā pua quātitate poſſet poni iuxta cor vt tantaꝫ
ad illō haberet ꝓportionē quātā habet ad ſangui
nē quo nutriꝛ ⁊ cōſtat hoc eſſe falſuꝫ.Sꝫ credo ꝙ
iſta poſitio nō negaret ⁊ multa alia abſurda 2ª iſta
poſitio ē ꝯ galīn 3° de ſimplici medicina loco ſuꝑ
allegato. 2ª poſitio ponit primo has diſtinctio/
nes venenorum quoddā ē a tota ſuba pemptiuū
quoddā a qualitate hoc ſumitur ſexta 4.ᵗ ca° 2°.
2ª diſtinctio venenoꝝ a qualitate opantiū que/
dā ſunt calida quedā frigida hoc pꝫ ſecūda primi
ca° de eo ꝙ cōmediꝛ ⁊ bibiꝛ ⁊ ſexta 4.ᵗ. Tūc po
nunꝛ tres ꝯcluſiones.ꝑma ē. impoſſibile eſt vene
nū ab occulta ꝓprietate iterficiēs nutrire.ꝓbatur
qꝛ mutat ⁊ nō mutaꝛ vt ſecūda primi ca° allegato
⁊ 3° cōplōnū ca° 4° vbi diciꝛ ꝙ nō mutatur ī qua
litate nec in ſuba 2° qꝛ inter tale venenū ⁊ corpus
nō currit ꝯuenientia vel familiaritas ex ꝓprietate
cū ſit oīno ꝯtrarietas.Et iuxta hanc ꝯclōnē dicūt
puellā nō fuiſſe napello nutritā ſꝫ aſſuefactā aſſū
ptioni eius ita vt ei⁹ ſupflue humiditates remane
rent infecte ⁊ interficerēt.Scōa ꝯclō ipoſſibile eſt
ex veneno calido corp⁹ nutriri qō per manifeſtam
qualitatē ē pemptiuū.ꝓbaꝛ qꝛ omne tale aut eſt
aduſtiuū aut putrefactiuū aut corroſiuū aut iflā/
matiuū.nullū aūt tale pōt nutrire qꝛ nō pōt corri
gi a noſtro calore.potius enī augeꝛ illoꝝ diſpō a
calore. Tertia cōclō lꝫ aliquo veneno frigido ſi
poſſit corp⁹ nutriri tamē nō repugnat aliquo tali
nutriri corp⁹. Prima ps pꝫ qꝛ aliquod tale ve
nenū frigidū ē ita inꝓportionati modi ſube vt nu
trire nō poſſit ſicut lap.2ª ps pꝫ ex ga.de ſimplici
medicina diſtinctione 4.ᵗ ca.ꝑmo ⁊ 3°. Hec po/
ſitio ꝑmo repugnat ga.⁊ auic.de veneno a forma
ſpecifica opatio quo dicūt nutritā eſſe puel.aꝫ.
2° repugnat expimento.nā plante tpe peſtis ⁊
fructus in loco producti ſunt venenoſi ⁊ infecti.vt
ſumi pōt ſcōa ꝑmi ca° de hijs que ꝯueniūt ex mu
tatione diſpōnū aeris ⁊ cū talibus nutriunꝛ pluri
ma corpa vt ꝯſtat ⁊ pꝫ ꝙ ſunt venenoſa huiuſmōi
ꝓprietate.⁊ ꝓpterea nō videꝛ quare calor nālis
caliditatē itenſiorē nō poſſit remittere cum vrina
exñtē in balneo qꝛ magis eſt calidus refrigerat.
Tertia igiꝛ poſitio ſupponit ꝑmo ꝙ nō minus
poteſt nutritū trāſmutare nutrimētū ꝙ̄ e ꝯtra pꝫ
qꝛ nutritū habet rōnē agētis reſpectu nutrimenti
Scōo ſupponit ꝙ nutritū ſufficit corp⁹ trāſmu
tare de diſpōne venenoſa ad nō venenoſam pꝫ de
arbore trāſplātata ex pſia in egiptū. Ex hijs ſe
qtur ꝙ nutrimētū venenoſuꝫ pōt a corpore tranſ
mutari ⁊ expoliari ſua venenoſitate.Seqꝛ 2° ꝙ nō
repugnat aliqua duo eſſe eiuſdē ſpēi ſpāliſſime in
quoꝝ vno erit vna ꝓprietas q̄ nō erit in alio vt ca
ptis duab⁹ talib⁹ arborib⁹ vna trāſplātata ⁊ alia
nō. Tertia ſuppō ꝙ nō repugnat in eodē mix/
to inueniri rōnē cibi ⁊ veneni reſpectu eiuſdem ⁊
vni⁹.ꝓbaꝛ qꝛ napell⁹ eſt huiuſmōi reſpectu hoīs
vt vult.ga.3° ꝯplōnū hoc pꝫ ſo de carne vipe que
leꝓſis daꝛ ꝑ cibo ⁊ pꝫ de fungis malis q quoſdā
nutriūt ⁊ quoſdā interficiūt.Unde ſocer me⁹ ha
buit famulū theotonicū q oēs malos fūgos quoſ
maleficos ſanis vocam⁹ commedebat in plurima
quātitate qbus nutriebaꝛ cuꝫ alij inde pirent.
Quarta ſuppō ꝙ nō repugnat aliq̄ diſpōnem
ꝑ paulatiam aſſuefactionē fieri corpi nālē que tñ
ſi ſubito ipmereꝛ eſſet eiuſdē corpis pemptiua.patꝫ
de cōplexione ſclaui reſpectu indi corpis.pꝫ 2° de
muliere q̄ aſſuefacta comedebat iuſqamū ſine le/
ſione 3° de ſimplici medicina. 5.ᵗ ſuppō tā nālit
ꝙ̄ artificialiter pōt acqri corpi diſpō ⁊ proprietas
venenoſa a forma ſpecifica opante corroſiua ⁊ ei⁹
dē pemptiua.hoc pꝫ de metridato q ꝑ vſum ſue me
dicine quē metridatū appellamus ſe reddidit ab
vſu venenoꝝ ſecurū ⁊ de vſu boli armeni ⁊ tyria/
ce in loco peſtifero.pꝫ ſo de illo hoīe ab auic.noīa
to q ſerpētib⁹ ſine leſione ſe obiciebat. Ex hijs
ponīꝛ cōclō reſpōſiua ꝙ tā veneno a ꝓprietate ꝙ̄
veneno a qualitate opante pōt humanū corp⁹ illō
ſua venenoſitate ſpoliare ꝑ primā ſuppōnē.Et iō
poterit illo nutriri. 2° capio mixtū ꝙ habet rōnē
veneni ⁊ nutrimēti pꝫ ꝙ pōt aliqs homo ꝑ ꝓpeta
tē ſuā illā venenoſitatē remouere ⁊ ea remota re
manebit ſola rō cibi.Et iō poterit corpus nutriri.
3° poſſibile ē talē venenoſam diſpōnē alteri per
aſſuefactionē paulatiam fieri nālem vt dicit tertia
ſuppō. ergo non repugnabit nutriri ex hñte illaꝫ.
Quarto ꝯtingit cape hoīem hñtē ꝓprietatē pē
ptiuā venenoſitati vt dicit quarta ſuppō. ergo po
terit venenoſitate ſpoliari ⁊ poſtea nutriri.hec po
ſitio ſi intelligat ꝯcluſionē pticulariter eſt in ſe ve
ra ſꝫ nō limitat totā mām.Si āt itelligat vliter eſt
falſa ⁊ contra mētē gal. vt patebit ſtati.ꝓpterea ꝑ
ma ſuppō ⁊ ſi ſit vera nihil facit ad ꝯcluſionē pro
bādā.Nā nō ſeqtur nutrimētū pōt a nutrito ſpo
liari ſua venenoſitate ergo humanū corpus pōt il
lud qō ſibi eſt venenū ſpoliare ſua venenoſitate.
nā gallina gra exēpli comedit araneas que nō ſūt
ſibi venenū ⁊ eas ſpoliat venenoſitate.que ſunt ve
nenū homini. ita quod illud quod ex araneis fit
gra exēpli ouū pōt hoīeꝫ nutrire.Sꝫ nō ſequitur
ꝙ homo poſſit hoc facere. Et ſi tu dicas ꝙ ꝑma
ſuppō intelligat ꝙ homo pōt venenū homini ſpo
liare ſua venenoſitate.hoc nō ꝓbatur ibi.Nā nu
trimentū quod trāſmutauit arborem perſicā non

erat venenū illi arbori nec econtra. Et iō nō mirꝫ
ſi vnū potuit reliquū trāſmutare. Et ita gallina
trāſmutat id qđ eſt homini venenū ad nō veneno
ſum. illa ergo longa rō de arbore egipti nihil valet
ad ꝓpoſitū ſꝫ alie ſuppōnes ſunt vtiles ⁊ veriſimi
les ex qbus cōclō poſita nō ſeqꝛ niſi ꝑticulariter.
Gentilis aūt in qōne quā facit vtrū veloci⁹ in/
terficiat venenū calidū an frigidū vult ꝙ impoſſi/
bile eſt corpus nutriri ex eo ꝙ eſt ſibi venenum in
terimi dū eſt venenū ſibi ⁊ ē res nō digna tāto do
ctore vt igiꝛ videaꝛ veritas gal. opinionis ſunt ali
qua pmittenda. Primo ergo ſupponitur ꝙ im
poſſibile eſt calorē nālē abſolui ab opatione ei⁹ vt
eſt calor hoīs ſtante vita ⁊ nutricatione. iſta pꝫ qꝛ
ſi nutriꝛ homo tūc calor regit ſicut calor hominiſ
ꝯuertēdo hūiditatē in ſubam mēbroꝝ. 2ª ſuppoſi
tio aliqua ſunt corpora que quāto magis a calore
noſtro. vt eſt calor hūanus patiūtur tāto magis a
nā nutrimēti humani remouenꝛ qꝛ nō ꝯuertūtur
a nr̄o calore in rem corporis noſtri augmētatiuā
ſed aut diſſoluūtur in elemēta aut aliquo mō ma/
gis fiūt diſcōuenientia nutricationi hec ſuppō pꝫ
de medicina putrefactia. Nā ex quo putreſit a no
ſtro calore ⁊ poſtea putrefacit merito proprietatis
currētis inter ipſamet ⁊ corp⁹ noſtrū ſeqꝛ ꝙ quan
to minor quātitas eius ſumaꝛ tanto velocius pu
treſiat pterea ſicut inter micā panis ⁊ citrū currit
ꝓprietas merito cui⁹ raro citri a pane putreſit ⁊ ñ
ꝯuertiꝛ in ſubam panis ita nō repugnat inter vnā
aliā rē ⁊ noſtrū calorē currere ſimilē ꝓprietatem
idē poſſet dici de medicina corroſiua. 3ª ſuppoſi
tio nō eſt repugnās aliquod eſſe mixtū in quo ſi/
mul ſunt venenoſitas ⁊ poſſibilitas nutrimēti pꝫ
ex dictis opinione tertia. Quarta ſuppō. nō re/
pugnat alicui⁹ medicine putrefactie virtutē putre
faciendi remoueri a calore nāli. ꝓbaꝛ nō eſt impoſ
ſibile virtutē aduſtiuā remoueri a medicina p ca/
lorē noſtrū nālē. ergo nec erit ipoſſibile de putre/
factia. ꝯña tenet. qꝛ tātū vel maiorē calorē habet
medicina aduſtia ſicut putrefactia. Sed arguitur
maior qꝛ alleū eſt aduſtiuū ⁊ tamē virt⁹ per noſtꝝ
calorē remoueꝛ cū int⁹ aſſumiꝛ ꝫ ⁊c. maior eſt aui.
2° can. ca° de alleo. ⁊ minor pꝫ 3°. de cōplexionib⁹
a galeno. 5ª ſuppō medicine frigide ſtupefacti
ue venenoſe poſſunt a calore noſtri corpis corrigi
⁊ in verū nutrimētū tādē redigi pꝫ ex Gali. 3° de
ſimplici medicina diſtinctione 4ª. ca°. 3° allegato
ſupra. Sexta ſuppō ad hoc vt aliquid ſit cibus
corporis hūani nō ſufficit ꝙ per multas tranſmu
tationes tādē in ſubam corpis noſtri ꝯuerti poſſit
prima ps pꝫ. qꝛ tūc elemēta ⁊ oīa corpora genera
bilia ⁊ corruptibilia poſſēt dici cibus noſtri corpo
ris ꝙ eſt ꝯ omniū doctoꝝ mentē. Et qꝛ tunc eēnt
cibi diuerſi diuerſoꝝ aīaliū. ⁊ ſcđa ps pꝫ qꝛ nlla alia
videꝛ rō futuri nutrimenti. Septima ſuppō ſi/
cut ad chilū vel ad ſāguinē generādū determina/
ta agentia ita ad eadē generāda reqrūtur determi
nate mē merito occulte ꝓprietatis in illas res a ca
lore noſtro trāſmutabiles. pma ps pꝫ qꝛ chil⁹ aut
in ſtomaco aut in inteſtinis generaꝛ non in corde
⁊ ſāguis i epate ⁊ venis nō in cerebro. ſcđa pꝫ ex di/
ctis in iſto afforiſmo facilius eſt repleri potu qꝫ ci
bo. His habitis hec ē pma cōclō. ſtat aliquod
mixtū nō venenoſū eſſe. quod tñ nō poteſt corpo
ris hūani eſſe nutrimētū ad ſenſum datū in ſexta
ſuppōne. pꝫ qꝛ ſtat aliquod eſſe tale inter quod ⁊
corp⁹ nō currit debita ꝓpetas occulta merito cui⁹
poſſit in ſubam corpis hūani cūuerti ergo ⁊c. Aſ/
ſūptū pꝫ qꝛ aliter oīa mixta que nō ſūt venena eſ
ſent cibi homini. quod manifeſte repugnat expien
tie de lapidib⁹ ⁊ multis talibus idē pꝫ. qꝛ aliqua ē
medicina abſolute nō cib⁹ vt diciꝛ ſcđa pmi ca° đ co
ꝙ comediꝛ ⁊ bibitur. Et cōſtat ꝙ talis nō ē ve/
nenū ſi. n. eſſet venenū nō eſſet abſolute medicina
ergo ⁊c. Scđa cōclō nō repugnat aliquod eſſe
venenū frigidū ⁊ aliquod calidū ⁊ aliquod a tota
ſuba quod tamē ſit corporis noſtri futurū nutri/
mētum. Hec cōcluſio hꝫ tres ptes. pma ē gali.
3° de ſimplici loco allegato. ſecūda ꝓbaꝛ qꝛ non re
pugnat alicui tali ſuā venenoſam caliditatē a calo
re noſtri corporis auferri ⁊ rōne cibi remanētis in
ſubam corporis ꝯuerti ergo ⁊c. Aſſūptū ꝓ prima
parte pꝫ ex ſuppōne 4ª de aduſtiuo ⁊ putrefactio
Tertia pꝫ de puella napello nutrita ⁊ per rōes q
fiūt in tertia opinione. pro illa ꝯclōne vt ꝑticulari
ter itelligitur. tertia cōclō veriſimile eſt aliqua eſſe
venena calida ⁊ aliqua frigida. ⁊ aliqua a ꝓprieta
te occulta. quoꝝ nullū pōt hūanū corpus nutrire
ꝓbaꝛ qꝛ veriſimile eſt aliqua calida eſſe inter que
⁊ noſtrū corp⁹ nulla currit occulta ꝓprietas ꝯue/
niens merito cui⁹ ſint in ſubam corporis trāſmu/
tabilia. Aſſūptū ꝓbatur qꝛ talis ꝓprietas aliquā
do in re que nō eſt venenū nō inueniꝛ ergo multo
veriſimili⁹ in veneno nō inueniretꝛ. eadē pōt ad ex
perientiā oſdi quia adamas nūqꝫ nutriret in qua
cunqꝫ pua qꝫtitate capetur. nec viride eris nec ca/
ro reguli ſiue baſiliſci. 4ª ꝯclō venena que ſbo
pute faciunt qꝛ de ꝓprietate a calore noſtro ſunt
putrefactibilia nec in pua quātitate nec in magna
quantitate poſſunt eſſe corpis nutrimentū. iſta ſit
ꝓ mente gal. ⁊ pꝫ qꝛ cū calor noſter poſſit ſpolia/
re ab eius actiuitate ſtātꝫ vita ⁊ iſta de ſui ꝓprie/
tate putrefactibilia. Seqꝛ ꝙ ſi ſumaꝛ in pua quan
titate putreſiet ⁊ ſic aucta putredine tandē in ele/
menta diſſolueꝛ ⁊ nullo mō per ſolius caloris nr̄i
actionē poterūt in corporis ſbaꝫ ꝯuerti. Sic igiꝛ
in ſūma diceꝛ ꝙ tā aliquod calidum venenū qꝫ fri
gidū venenū ⁊ qꝫ a tota ſuba poteſt eſſe corporis
hūani nutrimētū ⁊ ēt dicitur ꝙ aliqua iueniūtur
calida ⁊ aliqua frigida que nō poſſunt eſſe corpo/
ris nutrimentū. ⁊ ſimiliter aliqua a tota ſuba opa
tiua. nō quia ſint venena. ſed qꝛ carent occulta ꝓ
prietate ꝓpāte ad talē determinatū modū paſſio/
nis qualis reqritur ad corporis nutrimētū. His
habitis reſpōdebitur ad argumēta ante oppoſitū
Ad primū dicitur ꝙ aliqua ſm totā ſubā ⁊ a ꝓ
prietate occulta cōtraria homini ſunt tñ a ꝓpetate
ꝯuenientia ſed ab alia ꝓpetate. Et iō ſtat corupta

proprietate merito cuius diſcõuenißt remanere ꝓ prietatẽ ꝯuenientẽ. Ad 2^m dicitur ꝙ venenũ ẽ abſolute a corpore pmutabile pmutatione notabi li ſed nõ pmutatur a corpore ita ꝙ ꝓprietatẽ acq rat per notabilẽ a corpore permutatione vel ſaltẽ ad eius actionẽ ab occulta proprietate nõ reqrit i ſe magnã trãſmutationẽ.⁊ hoc vult auic.ƒa primi ⁊ ga.3° cõplexionũ. Ad tertiũ ſi antecedẽs ſu/ mif pticulariter ꝯceditur ⁊ negatur ꝯña.Si vero vniuerſaliter negatur nec hoc voluit ga. Ad ar gumenta vero alterius ptiſ dicitur ꝙ ꝓbant pticu larẽ ꝙ aliquod venenũ põt nutrire ex qua nõ ſeq tur vſis.Seqtuꝛ cõmẽtũ. Alij aliter dicunt.

Hic gal.dat tertiã expõnẽ illius termini preter nãm.⁊ dicit qnq3.ꝑmũ ẽ ꝙ alij p cibũ ingredientẽ corpus preternãm intelligũt illũ ſolũ per quẽ vlti mitate excedit nã.i.p quẽ vltimate opprimit virt⁹ hoc.n. idẽ eſt quod preternãm. dicit 2° ꝙ ille non eſt intellectus ypo.⁊ rõ qa non fuit cõſuetudo an tiquoꝝ cũ dicũt aliquod nociuũ intelligere ita pti cularitẽr.nã dicũt generaliter vt calor cibus pleni tudo ciboꝝ corruptio chimoꝝ labores generant morbos ⁊ nõ ita limitate exꝑmũt quantitatẽ nec eſt neceſſariũ ponerẽ .dicit 3°ꝙ iõ nõ eſt neceſſariũ ponere quia nemo dubitat cibũ extendentẽ natu/ rã in quãtitate valde modicũ vt puta ſi vnius de narij pondere excedat ꝯſuetũ nõ tñ illico faceret morbũ.ſ3 ſi iteretur erit cã morbi.vult igitur ypo. hoc eſſe factiuũ morboꝝ nõ ꝙ neceſſario actu fa/ ciat.Et iõ non eſt neceſſe iſto mõ limitare.dicit 4° ꝙ ex dictis p3 ꝙ licet ipſi dicant verã ſniam tñ in/ tentio eoꝝ eſt ſuperflua in limitando illud ꝙ non o3. Dicit qnto ꝙ ſicut ſupra dicitur ꝙ nõ intel/ ligitur de cibo peccante in qualitate.ita hoc intel ligendũ ẽ ꝙ nõ fuit mens ypo.de cibo mali ſapo/ ris. Quod ãt. Hic cõmẽtatur ſecũdã ptẽ affo riſmi ⁊ diuiditur in tres primo exponit partẽ.2° d clarat expoſitionẽ.3° remouet quedã dubia.ƒa ibi ponamus hominẽ.tertia ibi.S3 cũ ypo.de prima dicit ꝙ ypo.bene dixit cũ dixit manifeſtat võ ſana tio qꝛ nõ ſolũ ſanatio ſ3 qualitas ſanationis decla rat cibũ ingrediẽtẽ corpus ꝑternã3 facere morbũ Et ſimiliter oĩs actio futura a medico ꝯꝓbaf eſſe vtilis ex ſuo effectu.i.ex effectu q ſecutus eſt in pre terito ſimilem actionẽ.Et iõ ypo.in dictis verbis intelligit ſanitatẽ ſequẽtẽ euacuationẽ rei nociue eſſe illã que ſignificat rei nociue pſitiã facere mor bũ.Et hoc idẽ voluit Philippus in tribus libris quos fecit de digeſtiua virtute qd totũ explanabif

Cõſidera igif ypo.velle ꝙ effectus rõnales ſe/ quentes quaſdã actiones faciũt manifeſtũ eſſe cũ intendim⁹ talẽ effectũ in ſimili ſimiliter eſſe opan dũ. Ponam⁹ hoiem. Nũc declarat exẽplu3 di.ponam⁹ hominẽ plus ꝯmediſſe debito ⁊ ſe exer cuiſſe minus ꝯſueto ⁊ ꝙ ſentiat grauitatẽ poſt iſta in toto corpe ⁊ ꝙ cũ rubore ⁊ tumore venaru3 fe briat.In iſto caſu nõ vane imo rõaliter cogitam⁹ per ſigna dicta egritudinẽ eſſe plenitudinẽ.ſed tñ ſi purgauimus eã ⁊ viderim⁹ ꝓfuiſſe purgationẽ tunc erim⁹ certi ⁊ ſecuri ita eſſe ⁊ ſecurius poteri/ mus de hac infirmitate aliũ curare.Neq3 expecta bimus ꝙ alij expectãt.ſ.multis alijs certificari qꝛ hoc ſufficit neq3 hoc erit oportunũ ꝙ certificemuꝛ qꝛ in cõtraria operatione ꝯtingit e contra vt puta ꝙ nõ euacuãdo nõ ſanatur qꝛ hec certitudo ſuffi/ cit ſm mentẽ ypo. S3 cũ ypo. Hic remouet dubitationẽ.⁊ diuidit in quattuor ſ3 quattuoꝛ du bitationes.ƒa ibi.humoꝝ ãt.tertia ibi.S3 tñ qdã3 quarta ibi.Cũ eni corruptio.de prima dicit ꝙ yp. euacuationẽ humoꝝ peccãtiũ equaliter vocat mi/ norationẽ.S3 qñ vnus determinatus hũor pec/ cans euacuatur illã vocat purgationẽ.Et hoc di/ ctũ eſt pluries. de ſcda parte dicit ꝙ minoratio fit pluries ꝑncipaliſſime pflobotomiã.2° per ſcarifi cationes ſpãliter in ſpatulis qꝛ iſunt vicine venis magnis a quibus ſugũt.deinde exercitia.deĩde fo mẽtationes que ſunt calefactiones cũ re humida vaporoſa vel corpulenta balnea ẽt ⁊ fricatiões ⁊ ieiunia accidentalia.Et iſta nõ minuũt cito ſicut ſuperior.ſ.flobotomia ⁊ ſcarificatio ⁊ hec pro iſto loco ſufficiãt.Nã alias fecit librũ de plenitudine De pte tertia dicit ꝙ ſubiungendũ eſt.ꝙ ſit dicen dũ de plenitudine ſm tenorẽ virtutis merito qua litatis male.Et dicit ꝙ o3 peccãtẽ humorẽ purga re.ſ.farmaco.Nã pte illa purgata illud qd reſtat eſt bonũ.de pte quarta dicit ꝙ nõ oĩs putrefactio debet dici iſto mõ humoꝝ corruptio imo notare de bes ꝙ ſicut accidit in vno ita accidit in ſanguine ꝙ qñq3 itẽſe putrefit ⁊ nõ põt reduci ad benignũ a calore noſtro.ſicut cũ vinum leuiter acceſſit põt ad vinũ leuiter reduci.Et iõ talis corruptõ ad be nignũ reducibilis nõ dicatur huiuſmõi corruptio ſed per corruptionẽ intelligamus cũ ita corruptuſ eſt vt ad benignũ reduci non poſſit.

Veritur vtꝝ ſanguis putrid⁹ ad benignũ reduci poſſit.Et ſine argumẽtis notãdũ ẽ ex hijs que dixi in qõne de putrefactiõe 3° tegni ꝙ in putrefactione eſt caliditaſ extranea ſi ra i hũiditate putrefacti 2° o3 calorẽ nãlẽ eſſe debi lẽ.3° ꝙ hec caliditas agat ad miſti corruptionem ⁊ elementoꝝ ſepationẽ nõ ꝓpando ad alicui⁹ ferme miſti introductionẽ p ſe. Nõ 2°. ꝙ in quolibet miſto perfecto eſt ps ſubtilis ſpũoſa in qua funda tur ſuus intrinſecus calor nãlis eiuſdẽ cõſeruati/ uus ⁊ humidi cõtẽtiuus. Nõ 3°ꝙ queadmodũ deficiente radicali humido cũ ad ſenectute3 vadi/ mus ad hoc venimus vt ad perfectionẽ iuuẽtutis amp.redire nõ poſſum⁹.Si tñ ſtante adhuc debi ta menſura illius ſubſtantifici humidi ad perfectõ nẽ poſſumus attingere non obſtãte infirmitate ⁊ alteratione preternãli ita eſt in iſtis inuenire men ſurã huius hũidi aerei qua deficiente nõ põt amp nãlis calor ad illũ vigorẽ redire vt poſſit ſuũ hũi dũ debite cũ ſicco retinere. Nõ 4° per putredi nẽ tale ſubſtãtificũ humidũ ſpũoſu3 deperdi. ſed primo fieri alterationẽ ⁊ ſubſequentẽ diſſolutionẽ ⁊ paulatim.iſtud p3 qꝛ diſſolutio fit per alteratio/ nem.⁊ qꝛ aliter nunq3 per temp⁹ aliqd putrefieret

Nõ qnto qualitatẽ p alteratiõnẽ itroductã poſ ſe remoueri corpe eodẽ remanẽte. Ex hijs pȝ ꝙ humor multũ putrefact⁹ puta vſqȝ ad tãtũ diſſoluta ſit humiditas aerea ne poſſit ſatis ampli⁹ habẽ de nãli calore nõ põt ad benignũ reduci. Sȝ hũor putrefact⁹ citra illã mẽſurã põt ad benignũ reduci cũ p alterationẽ malas qualitates deperdidit. ⁊ iſte ẽ vn⁹ mod⁹ ſatꝭ clarus vbi hũor ſm ſe totũ putreſiat. Alij ſunt modi vt ꝙ icipiẽte trãſmutatõne ⁊ in mõ miſtionis verſus diſſolutionẽ nõ poſſit reduci qꝛ illa reductio nõ fieret niſi a calore nãli illi⁹ modi miſtionis dicti ꝙ̃ꝫ prius habuit ⁊ ille humoꝛ. ⁊ ille calor verbĩg. epatis h⁹mõi miſtionis nõ ẽ opatiu⁹ niſi indeterminatã nãm ꝓpriã q̃ nõ eſt iſte hũor putrid⁹. 3ᵒ ẽ ꝙ putrefactio qñqȝ ẽ oib⁹ ptib⁹ hũoris aut plurib⁹ ⁊ tũc nõ ẽ hũor ad benignũ reducibilis qñqȝ in paucis ⁊ tũc p illaꝝ ſepationẽ reliqꝫ reducũt. Sȝ h⁹mõi vltim⁹ nõ eſt ad mẽtẽ gali. Sȝ tũc iſto ſtãte vꝫ ſeq ꝓmo ꝙ aliqua ẽ febꝛis putrida ſalubris ad ſalutem terminãda nõ hñs quattuoꝛ tpa quo ad mẽi trãſmutationẽ vt febres icipiẽs a tali putrido hũore ad benignum reducendo qñ eni erit ꝯpleta digeſtio ⁊ ad benignũ reductio nõ amp̃. erit febris ⁊ ſic febris illa nõ habebit ſtatũ aut declinationẽ. Seqꝛ 2ᵒ ꝙ non in qualȝ febre putrida eſſent hñde tres itẽtiones digeſtio ⁊ euacuatio ⁊ alteratio ꝯ galin in 3ᵒ tegni vt in illa in qua hũor q putrid⁹ eſt nõ eẽt euacuãdus. 3ᵒ ſeqꝛ ꝙ aliqs ẽ hũor putrid⁹ ⁊ ꝑternãm q nõ idicat de ſui remotꝭ ⁊ iſta tria ⁊ multa ſimilia ſunt ꝯcedẽda i febre a mã ad benignũ reducibili pẽdẽte ⁊ de tali humore.

**Orum que** nutriunꝛ. Cõcl'o aforiſmi ẽ iſta. ſuperfluitates corporũ q̃ nutriunꝛ copioſe ⁊ velociteꝛ cito a corpe expellũtur. ꝓbatuꝛ ꝯcluſio qꝛ tales ſupfluitates cito a benigno ſepantur ⁊ cito generantur. igiꝛ alioꝝ pitate poſita cito expellũtur. aſſũptũ ⁊ ꝯña declarabũꝛ in nõtis.

Ad intellectũ affoꝛiſmi nõ primo ꝙ nutricatio eſt aſſimilatio nutrientꝭ ad nutritũ ⁊ vltima opatõ quã virtutes nãles neceſſario faciũt in nutrito ꝓprie accipiẽdo nutricationẽ. ſȝ tñ qñqȝ ſumitur nutricatio pro omni opatiõe nutritiue virtutis circa nutrimentũ tales ãt opationes cõiteꝛ ponũꝛ tres a doctoribus. Appõ vnio ⁊ aſſimilatio. nã nutrimtũ. ꝓmo poniꝛ in poro mẽbri debẽtis nutriri. 2ᵒ inviſcaꝛ ⁊ vniꝛ cũ ptib⁹ circõſtãtib⁹. 3ᵒ aſſimilaꝛ ⁊ in qualitatib⁹ ⁊ in ſuba qlȝ ergo iſtoꝝ actuũ large accipiendo nutricationẽ põt dici nutricatio. Nõ 2ᵒ ꝙ nutritiue virtuti quattuor deſeruiũt virtutes nãles q̃ vocãtur ab auic. miniſtrãtes. ſ. attractiua retẽtiua digeſtiua ⁊ expulſiua de attractiue ⁊ retẽtiue opib⁹ alibi diceꝛ. Nũc de digeſtiua ⁊ expulſiua oȝ attẽdere ꝙ digeſtiua agit in mãm nutrimẽtaleȝ in trib⁹ ꝑcipue locis ipſaȝ trãſmutãdo in ſtomaco in epate ⁊ in mẽbris ⁊ in omni tali digeſtione ſepatur aliqua ſupfluitas ⁊ virt⁹ eo tpe quo generat benignã hũiditatẽ p digõnẽ generat ẽt ſupfluitatẽ ſȝ interim dũ remanet mã ſupflua multũ pmiſta benigno nõ multũ ſtimulat ad expellẽdũ añ ẽt ꝙ̃ꝫ digeſtio ꝯpleta ſit nõ ſepatuꝛ nãliter ſupfluitas a benigno ſȝ poſt cõplemẽtũ digõnis ſepatur benignũ a ſupfluo ⁊ ſupfluũ ſolũ remanens ⁊ grauans tãꝙ̃ꝫ diſcõueniens expelliꝛ. Ex qbus pȝ ꝙ eoꝝ q̃ cito digerunꝛ alijs pib⁹ cito ſupfluitates a benigno ſepanꝛ. Seqꝛ 2ᵒ ꝙ eoꝝ alijs paribus citi⁹ ſuperfluitates a corpore expellũtur. Nõ 3ᵒ ꝙ velocitas nutricatõis maxĩe ꝯtingit ex velocitate oib⁹ trib⁹ digõnibus precedentib⁹ nutricatione alijs pibus vel ſaltẽ alicui⁹ illaꝝ. nã ſm qð veloces ſunt iſte digeſtiones ita velociter mã ẽ ꝑparata nutricationi. igiꝛ alijs pibus velociter fit nutricatio. Ex hijs apparet verificatio afforiſmi qꝛ corpoꝝ que nutriuntur velociter fiũt digeſtiones ⁊ velociter eoꝝ ſupfluitates expellũtur. ergo de primo ad vltimũ corũ q̃ nutriũtur copioſe ⁊ velociter ſuperfluitates cito expellũtur. 4ᵒ nõ ꝙ velocitas nutricatiõis ⁊ digeſtionis põt ꝯtingere ex pte nutriti ⁊ cibi. ex pte nutriti qꝛ habet foꝛtẽ cõpl'õnẽ ⁊ debitã cõpoſitionẽ i mẽbris digeſtiuis ⁊ nutritiuis. ⁊ pte võ nutrimenti qꝛ nutrimẽtũ habet ꝯditiones facientes ad facilẽ trãſmutationẽ ⁊ citam a corpore in hũiditatẽ nãlẽ. Ex parte quãtitatis ⁊ qualitatis manifeſte ꝓprietatis debite currentꝭ iter ipſum ⁊ cibatũ modi ſube ⁊ ordinis ⁊ hore cõueniẽtis aſſũptõnis ſicut dictũ eſt ſupra illo afforiſmo facilius eſt repleri potu ꝙ̃ꝫ cibo. 5ᵒ nõ ꝙ dña eſt inter nutrire copioſe ⁊ nutrire velociter. illa eni dicunꝛ nutrire copioſe q̃ ſm plurimas ſuas ptes ſũt apta ꝯuerti i ſubam corpis. illa võ dicũtur nutrire velociter q̃ in modico tpe ita trãſmutãtur. Contingit eni inueniri aliquod copioſe ⁊ tarde nutritiuũ vt porcina caro ⁊ aliquod copioſe ⁊ velociter vt oua ſorbilia ⁊ teſticuli galloꝝ ⁊ vinũ quodã paucuȝ ⁊ cito ſicut quedã olera ⁊ aqua ordei. q̃dã paucum ⁊ tarde ſicut caro vaccina hoc ⁊ ſi verũ ſit de velociter nutrientibus. tñ intellexit de his q̃ ſimul ⁊ velociter ⁊ copioſe nutrienꝛ. Nõ ſexto ꝙ per quedã ſigna cõprehẽdim⁹ ex pte corpis ipſiuȝ cito nutriri vt fortificatio virtutis cita in debilibus ⁊ cita pulſus eleuatio ⁊ talia q̃ in cõmento dicenꝛ q̃dam võ cognoſcimus ex pte diſpõnis nutrimẽti vt per illa ſupra noiata. Ultimo nõ ad afforiſmi veritatẽ intelligi alioꝝ pitate. nã ſi cito nutriꝛ. ⁊ cum hoc tã multa fiat in eo attractio vt feces exſiccẽtur magis ꝙ̃ꝫ in alio. aut in alio ſit virtus ꝯtẽtiua debilioꝛ. aut colera amplior ab epate ad inteſtina trãſmutaꝛ non opȝ verificari ⁊c.

**Quod dixit.** Gal. in cõmẽto ꝓmo gñalr exponit 2ᵒ ſpalr 2ᵒ ibi. diuȝ velociꝛ. De ꝓma pte dicit ꝓᵒ ypo. itẽdẽ p velociꝛ ⁊ cito nutriri i hora qua cibi accipiuntur aut i hora qua paꝝ ſuccedit. ita vt i illa cibi p totũ corp⁹ diſpgãꝛ. Dicit 2ᵒ quo ad hãc ptẽ ꝙ illi q hãc hñt nãȝ velociꝛ expellũt ſupfluitates ⁊ maxĩe ſi illa cibaria fuerit acuta qꝛ eoꝝ ſuperfluitates magis ſtimulãt ꝟtuteȝ ad expellendũ. Sed ſi cibaria

fuerint viſcoſa illa tardi⁹ egrediunt̃.ſ3 ſi cibaria ſu
pius dicta.ſ.acuta ſint velociora i exitu ſuaꝝ ſuper
fluitatū ⁊ hoc vult ypo.in affo°. Diu3 velociter

Cōmētat̃ i ſpāli ⁊ diuidit̃ i duas.ꝑmo exponit
ſm ꝓpā opinionē.2° ponit vnā ñ verā expōnē.ibi
2ª.qdā ſophiſte.ꝑma ps diuidit̃ i qnq3.nā ꝑmo nar
rat qdā nutritia tarde aut cito.2° pōit ſigna ꝑ que
cognoſcim⁹ corp⁹ cito nutriri. 3° v̾ificat affo^m ꝑ
cā3.4° reddit ad narrādū ciboꝝ varietatē i nutriē
do. 5° ponit quaſdā ꝯditiones attēdēdas ad af
foriſmi v̾ificationē.ibi 2ª.vñ corp⁹.ibi 3ª.cū eni hec
cibaria.ibi 4ª.vinū āt.ibi 5ª.artifitialit̾ De ꝑma
dicit ꝑmo vinū eē iter oīa cito ⁊ velociter nutriens
⁊ hoc ꝓpt̾ mō3 ſue ſubē ⁊ ꝓꝑetatē currētē iter vinū
⁊ nr̃u3 corp⁹ ſ3 caro vaccina ⁊ qdā alia i ꝯmē° po
ſita tarde nutriūt q2 nō niſi poſt lōgū tp̄s nutriūt

Unde corp⁹. Ponit ſigna cite nutricatiōis
dicēs ꝙ corp⁹ cito nutriri cognoſcit̃ ex magnitudi
ne pulſus ⁊ fortitudie cito poſt cibū acqſita ⁊ hoc
maxi° cognoſcit̃ i corꝑib⁹ quoꝝ v̾tuſ ē d̾bilis q2 par
uus exceſſus i eis ē magis māifeſt⁹ ⁊ talia ſt̃ ifirma
aut d̾bilitata ieiunio euacuatiōe aut labore. Cū
hec.n. cibaria Uerificat affo^m dicēs ꝙ cū ciba
ria ꝑ q̄ corp⁹ tarde nutrit̃ tarde digerant̃ neceſſe
ē coꝝ ſupflua tardi⁹ expelli vt dictū ē ſupra in affo
riſmi expōne.ſ3 ſi eꝯ cibaria accipiāt̃ q̄ cito dige
rant̃ tūc eoꝝ exeūtia faciliuſ exeūtia ēt ꝑus exibūt
q2 ꝑus ſepabunt̃. Uinū āt. Narrat diuerſita
teſ ciboꝝ in nutriēdo.⁊ diuidit̃ i tres.ꝑ° i narran
do itētionē ponit diuerſitatē vinoꝝ.2°. diuerſitatē
ſiliu3 vino.3° oñdit ꝯditionē obſeruādā ad v̾ificā
dū has diuerſitates opatōnis ciboꝝ.2ª ibi. idē de
alijs.ibi 3ª.Eadē i alijs.de pte ꝑma dicit ꝙ vinū ē
celeriſſimū ꝯtrū.hijs q̄ tarde nutriūt.q2 cito nutrit
ſ3 tñ vina ſunt diuerſa i hac actōne.⁊ ēt alia i hijs
vino ſilia.ſ3 ꝑus dicet de vino poſtea de ſilib⁹.⁊ ſu
bdit ꝙ via alba ſubtiliſſimi liquoris ſicut aqua ſt̃
pauci nutrimēti.ſ3 vina groſſa rubei coloris ſt̃ plu
ris nutrimēti ꝙ̄ alba ſ3 pauciorit̃ ꝙ̄ nigra ⁊ alba
groſſa min⁹ nutriūt ꝙ̄ rubea groſſa ſ3 groſſa vina
generalr̃ pl⁹ nutriūt ꝙ̄ ſubtilia. Subdit.2°. ꝙ ſm
diuerſitatē vioꝝ ſt̃ diuerſitates exeuntē corp⁹. Nā
alba quo ad ſuū ſupfluū cū vrina egrediunt̃ ſ3 ru
bea ⁊ nigra cū egeſtionib⁹. Subdit 3° ꝙ poſt tpa
nutricationis ſt̃ tpa expulſionis.⁊ hic ꝑ tpa nutri
endi itelligatis tpa digēndi. Nā trāſmutat̃ qñq3.

Circa iſtā ptē nō ꝙ vina nigra plus nutriūt ꝙ̄
rubea cui⁹ oppoſitū dictū ē ſupra affo°.xi.facilius
ē repleri ⁊c.hec qō fuit ibi ſoluta ꝙ hic itelligat de
ꝯſtātiori nutrimēto.ſ3 p3 ꝙ nō ē ita.dicēdū ꝙ̄ ꝙ vi
nū rubeū dat min⁹ nutrimētū i equali quantitate
ſumptū ꝙ̄ nigrū.ſ3 citi⁹ ⁊ plus excedit i velocita
te nutricatōis ꝙ̄ excedit̃ in multitudine nutrimē
ti a nigro. Et iō ꝓcedit nigrū vinū in velociter im
plendo ⁊ hoc voluit ibi gal. Nō ſolutionē. Idem
⁊ de alijs. Narrat ſimiles diuerſitates i vino ſi
milib⁹.dicēs ꝙ ptiſanū qō ē aqua ordei cocta nu
trit corp⁹ cito.ſ3 modicū dat nutrimētū.ſ3 iuſcula
de frumēto dāt nutrimentū multū ſ3 poſt longu3
tp̄s. Et ex hac narratione vult nos cōꝑhendere di
uiſionē nutrimētoꝝ ſupra poſitā i expoſitione af
foriſmi qdā.n.ſunt multi ⁊ veloces nutrimēti que
dā multi tardi qdā pauci ⁊ veloces qdam pauci ⁊
tardi. Eadē ēt in alijs. Pōit ꝯditionē obſer
uādā in verificādo cōpatiōis ciboꝝ ad iuicē dicēs
ꝙ cū dicim⁹ cibaria alia ad inuicē i nutricatiōe o3
ꝙ alia ponāt̃ paria ꝑter ſpecificas diuerſitateſ ver
bigra. Cū dico ordeū min⁹ ⁊ citi⁹ nutrit ꝙ̄ frumē
tū itelligat̃ poſita ꝑitatē i mō admiſtrādi vt ſi vnū
in iuſculo reliqū i iuſculo ⁊ ſi vnū exceſſū ita ⁊ re
liquū ⁊ ita in legūib⁹ ⁊ carnibus ꝙ ſi vue elixe ad
miniſtrētur alie ēt. Si vue aſſe etiā alie aſſent̃. iſtō
p3 ꝑ regulā cōpationis poſitā.2ª cōpꝛonū. Ar
tifitialiter tñ. Hic ponit ꝯclones reqſitas ad ve
rificādū affo^m.⁊ diuidit̃ i duas.ibi 2ª.corpa tñ idem
Dicit ꝑmo ꝙ ad verificādū ꝙ citi⁹ nutriēda citi⁹
egrediūt̃ ſupflua.p3 obſeruare ꝙ ſi qua coꝝ ſūt q̄
hñt hūectationes ⁊ ptes nociuas ⁊ pūgitiuas me
rito quaꝝ virt⁹ ad expellēdū ſtimularet̃ ꝙ illa ta
lia artifitialiter purgētur ab iſtis ptib⁹ verbigra.lē
tes hñt ptē ſolutiuā q̄ i brodio trāſit faciliter ⁊ re
ſiduū qō ē nutrimētū tarde nutrit. Siqs igit̃ com
medat lētes citi⁹ egeret ꝙ̄ ſi cōmedat ordeū qō ci
tius nutrit niſi a lētib⁹ iſte ptes purgētur ⁊ ſic de
caulib⁹ ⁊ multis talibus alijs. Mod⁹ igit̃ purgā
di ē ꝙ talia coquant̃ i aqua ⁊ elixatura ꝓijciat̃ de
inde coquant̃ i alia aqua.⁊ tunc comedant̃ ⁊ iſto
ſeruato illoꝝ q̄ citi⁹ nutriūt ſupfluitates citius ex
pellūtur. Corpa tñ. Ponit ſcdā3 ꝯditionem
obſeruādā.⁊ ē ꝙ dent̃ i corꝑib⁹ i oīb⁹ qualitatib⁹
ſilib⁹ q2 ſūt aliqua nutrimēta q̄ ſunt velociſſima i
nutriēdo tñ facile ipedit̃ coꝝ ſupfluitatū exit⁹ ꝑꝑ
corpis diſpōnē. Ad hoc āt itelligēdū debemus in
telligē q̄ i li° gal.de v̾tutibus nālibus dicit̃.ibi.n.
dr̃ ꝙ ſtōus recipit cibū ⁊ retin3 ſibi ſilē ad ſui nu
trimētē.i.ad ſuā voluptuationē ⁊ cū voluptuatuſ
fuerit emittit reſiduū ad iteſtina.vñ trahit̃ vtile ab
epate.ſi tñ epar aliqñ ꝑ venas meſicas ꝑꝑ nimiū
deſideriū plus trahit ad ſe ꝙ̄ ſtōus trāſmittat. ſ3
ſi ſtōus ñ idigeat voluptatione ſtōus cito trāſmit
tit. Et iō citius epar illa digeret q2 citi⁹ habebit ⁊
capiet eodē mō imaginādū ē de epate reſpectu to
tius corꝑis ꝙ epate auaro exñte cibū diutius reti
net. Et iō tardius mēbꝛa nutriunt̃ ſ3 eo nō exñte
auaro citius nutrit ⁊ citius nutriuntur. Ex qbus
p3 ꝙ nō ſolū ſm varietatē digōnis cite aut tarde
fit cita aut tarda ſupfluitatis emiſſio imo ēt ſm in
digētie varietatē mēbroꝝ i retinēdo. Et iō hac va
rietate ſtāte in corꝑibus ꝯtingēt erroꝛ i iudicādo
de cibis q tardius digerūtur aut veloci⁹ ꝑexitus ſu
pfluitatū.ꝙ̄ dū tēptam⁹ cognoſcē ſupiora dicta ꝓ
bemus illud i corꝑe inanito quo ad vtrūq3 nutri
tiuorū ⁊ nō vnū i exinanito ⁊ aliud i repleto ⁊ in
veniemus ita eē vt ē dictū. Quidā ſophiſte.

Ponit falſā expōnē i ꝓbādo dicens ꝙ qdam ſo
phiſte dicūt ypo.i affo° itendē ꝙ velocit̃ diſſoluāt̃
a corpore nutrimēta q̄ cito nutriūt. Et hoc volūt
ꝯcordare cū eo qō dr̃ i li° de dieta.ſ.ꝙ cibaria que

tarde inutãtur tarde diſſoluūtur.⁊ velocia eꝫ qđ eſt certū ⁊ ẜm.ſʒ nõ eſt itentio ypo.hic dicẽ illđ qꝛ aliud itelligũt qñ dicũt ſecedũt aut exeũt ꝗꝫ diſſolui.et dixit hic de ſeceſſu.Cõſueuimus.n.dicẽ ꝙ reſ exit qñ cibus aſſũptus ẜm ptẽ ſupfluã exit ð vẽtre vel de alia corpis parte.Sʒ tñ verꝫ ẽ ꝙ nutrientia tarde dãt nutrimẽtũ nõ cito diſſolubile ⁊ eꝫ velociter nutritiua vt caro porcina ⁊ ſilia gñant.n.humores groſſos viſcoſos ſʒ herbe ⁊ piſces petroſi ⁊ oia ſubtiles hũores gñantes cito diſſoluũtur.

## Cutorum morborum

a Cõcľo affo.ꝰ ẽ iſta ꝓnoſticationes de ſalute vel de morte i morbis acutis nõ ſunt oĩno certe.Probaꝭ mẽ a qbus pẽdẽt iſti morbi.ſt acute mobiles faciliter.⁊ ad peiꝰ ⁊ ad melius.ergo ſignificatões ſalutꝭ vel morꝭ nõ ſt oio certe ꝯſeqn/tia ⁊ aſſũm i notaꝭ videbũꝭ. ꝯcordia affo.ꝰ colligiꝭ ıõ°.ꝯtinẽꝭ ꝑmo caꝰ Circa affom ꝑmo nõndum morbũ acutũ icludere duo vnũ ꝙ ſit magnꝰ ⁊ difficilis.2m ꝙ ſit cite terminatõis vt dꝭ in ꝯmẽ°. 2° nõ ꝙ plĩmũ terminatio cita morborꝫ acutorꝫ pẽdet ab acceſſiũ difficultate pp quã virtꝰ vltiᵒconatu pugnat ꝯ morbi mãʒ.Et iđ aut cito vinciꝭ aut cito vincit vt dꝭ i ꝯmẽ° illiꝰ qcũqʒ a thetano appħẽdũꝭ Nõ.3° ꝙ morborꝫ acutorꝫ qdã ſt ex toto genere mortales ſicut fortis apoplia ⁊ taliũ ſt certiſſime ſignificatiões morꝭ.⁊ de eis nõ itelligiꝭ affoꝰ.qdã ex ſui gñe ſt iđꝭnẽ ad ſalutẽ vel mortẽ termiandi ⁊ de iſtis loqꝭ affoꝰ. Nõ 4° qđ cã faciẽs morbũ acutũ aut facit illũ acutũ pp ſui multitudinẽ.aut pp occultã qualitatẽ vt peſtilẽtiales morbi aut pp locũ vbi peccat mã vt apoplia ſqnãtia ⁊ ſiľes aut pp manifeſtã qualitatẽ.ſ.calitatẽ ſubtilitatẽ illã ꝯ/ſequẽtẽ ⁊ de hoc ꝓpe verificaꝭ affoꝛiꝰ.ſ.de morbo acuto a tali mã pendẽte. 5° nõ talẽ dictã mãʒ eẽ mobilẽ motu locali ſui ſubtilitate faciliter.Et qꝛ i feſta mẽbꝛis i qbꝰ ꝯtineꝭ iđ mẽbꝛa conãꝭ multũ ad eiꝰ expulſionẽ.⁊ ex hoc ꝯtingit qñqʒ ꝙ a mẽbꝛo nobili ad ignobilia.aut extra corpꝰ añ digõnẽ expellaꝭ ⁊ ſalus ſequaꝭ ꝗuis ꝑus ſigna mortalia apparuiſſent.Cõtingit ẽt qñqʒ ꝙ ab ignobili ad nobile moueaꝭ vbi ſigna ſalutꝭ appebũt ſeqꝭ mors ⁊c.eſt ẽt hic mã mobilis i qualitate.nã ꝗuis iterdũ gradũ digõnis recipit leui opilatõne ſup acqſita ꝯtingit ꝙ eiꝰ putredo faciliter excandeſcat vnde deterioreꝭ. Ex hijs appet cã verificãs affom.nã iſtorũ morborꝫ mẽ ſunt mobiles ita vt aliqñ q iudicaꝭ moriturꝰ euadit.Et q iudicaꝭ euaſurꝰ moriaꝭ.⁊ iđ illa ſigna mortis vel ſaluꝭ ſunt icerta.Ex qbꝰ ſeqꝭ ꝙ ſiue afforiſmꝰ itelligaꝭ ꝙ nõ oium morborꝫ acutorꝫ ſignificatõnes ſalutꝭ vel mortis ſunt incerte ſiue itelligas ꝙ tales ſignificationes nõ ſint valde certe vterqʒ ſenſus ẽ verus. 6° nõ morbos cronicos iđ dici cronicos qꝛ ſunt diuturni.⁊ p ꝯñs pendẽt a mã nõ faciliter mobili.Et iđ ſigna q̃ appent in eis de ſalute vel morte ſunt certiora ꝗꝫ in acutiꝭ ⁊ hoc videꝭ velle galienus in ꝯmẽto.

## Acuti morbi.

Gal.i cõmẽto.ꝑmo ponit ꝑambula qdã 2° verificat affom.ibi 2°.In acutis igiꝭ.ꝑma in 4. ꝑmo declarat qd ẽ morbꝰ acutus.2° oñdit cauſas morbi acuti.3° dat cãs morborꝫ cronicorꝫ.4° ponit qđdã in affo° implicitũ.ſa ibi.q acuti morbi.ibi 3° diuturni vero.ibi 4°.in qbus ypo.De ꝑma dicit ꝙ morbi acuti ſunt illi q cã velocitatꝭ ſue criſis ſunt magni. Et iđ effimera nõ ẽ morbꝰ acutus.qꝛ nõ ẽ magnus ⁊ itelligaꝭ magnus.qꝛ ſeuorꝫ accidẽtiũ De pte 2° dicit ꝙ morbi acuti aut pendẽt a mã ꝑ totũ diſpſa vt fe.aut pẽdẽt a mã collecta vna i vno loco ſicut pleureſiſ ꝑiplemonia ⁊ ſqnãtia ⁊ fe.quedã i vẽtre cũ acuto apãte ſiũt ꝯtinue calidiſſime ⁊ raro ſiũt acuti morbi ſine fe.qꝛ raro ſũt ſiñ mã calida ⁊ tñ ifeſtãtes vt ſiat fe.alñ tamẽ ſiũt ſine fe.vt apoſtẽa ꝙ ẽ acutus morbus pp locũ i quo mã peccat. De pte 3° dicit ꝙ morbi diuturni ſiũt de humoribꝰ groſſis viſcoſis frigidis tarde digerẽdis ⁊ inviſcatꝭ i loco morbi.i.in loco i quo maxime viget morbus vel eius minera.⁊ iđ difficulter ſunt mobiles ſicut ſi putreſiat flegma aut mľia i venis generãꝭ fe.lõge.De pte 4.dicit ꝙ in iſtis morbis cronicis yp.teſtaꝭ ꝑmutationes.i.ſigna ꝓnoſtica ſalutꝭ vľ morꝭ eẽ certa ⁊ ꝯſtat ꝙ hic yp.nõ dicit exꝓſſe ſʒ ga.vult yp.hic itẽdiſſe iplicite ꝙ voluerit ꝯpare ſigna i moꝛbis acutis ad ſigna i cronicis.ſʒ de hoc ſtati videbiꝭ i dubio.deide cũ dicit. In acutꝭ igiꝭ Hec ẽ ſa ps ꝯmẽti i qua verificat affom ꝑmo ponẽdo ſnīaʒ 2° cãʒ.ibi ſa.qđ ꝯtingit.Dicit ꝙ i acutis moꝛbis.ꝓnoſtica ſigna ſalutꝭ vľ morꝭ ñ ſt oĩno certa ⁊ itelligiꝭ ꝙ nõ ſũt ſp certa ſicut ſi itelligeremꝰ ꝙ ñ ois hõ ẽ iuſtꝰ.qꝛ aliqui ſũt i iuſti.nã ille ſignificationes ñ oino ſt certe ⁊ maxiᵉ i acutꝭ. De ſa pte dicit ꝙ ħ ꝯtigit qꝛ mã iſta ẽ acuta caľa ⁊ plimũ ð loco ad locũ mobilis ⁊ in ſeipſa trãſmutabilis.⁊ iđ pñt fallacie ꝯtigere vt dixi in expõne affo.

b Ubitaꝭ vtrꝫ ſigna ꝓnoſtica ſalutꝭ vľ mortiſ ſint certiora i croni.ꝗꝫ i acutꝭ.Negatiue ai. ſic.i illꝭ morbis ſt certiora ſigª ſalutꝭ ľ morꝭ i qbꝰ maĩfeſtiꝰ ꝯꝑhẽdiꝭ dñiũ ṽtutꝭ ſup mãʒ aut eꝫ. Sʒ i acutꝭ ẽ ita igiꝭ talia ſigna i acutꝭ ſũt certiora. maior põt colligi ex ga.3° ꝓnoſti.ꝯmẽ° 5° vbi põit ſilitudinẽ iudicij medici cũ iudicãte de victoria futura i pugna duorꝫ bellãtiũ.Et dicit.Significatio eni prudẽtiũ i lucta ſup illũ q vincit ex duobus luctãtibus nõ ẽ niſi ẜm hũc mõʒ.qꝛ qñ qs videt ſupfluitatẽ vnius eorꝫ ſup ꝯpẽſuʒ i ṽtute ſupante magnã ſperat ei victoꝛiã.Et minor ẽ gal.i eodẽ ꝯmẽto qꝛ cã velocitatꝭ terminationis ñ eſt niſi magnuʒ dñium virtutis ſupra mãʒ aut eꝫ 2° ad idẽ illoruʒ ſunt ſigna certiora q̃ faciliꝰ cognoſcũtur eẽ ſalubria aut mortifera.ſʒ acuti morbi ſunt huiuſmodi ergo ⁊c.maior eſt per ſe nota minor ẽ ypo.3° ꝓnoſticorũ textu ꝯmẽti ſeptimi.⁊ gal.in eodẽ ꝯmẽto.Dixit eni ypo.que võ i breui finiunꭍ facilius cognoſcũꝭ Tertio ſic in illis ſunt certioꝛa ſigna ſalutis vel mortis in qbus dña inter mortales ⁊ ſalubꝛes eſt

magis mãifeſta.ſed dfa inter mortales ⁊ ſalubres
ẽ magis mãifeſta i acutis ꝙ̃ in cronicis igitur ⁊c.
maior ẽ clara.q2 talis dfa nõ eſt manifeſta niſi p
ſigna ſalutis ⁊ mortis apparẽtia.⁊ minor eſt ypo.
loco ſtati allegato cũ dic. Dfia.n.illaꝝ.ſ.egritudi
nũ pacutaꝝ quarũ vna ẽ ſalua. alia mortifera eſt
euidẽtiſſia.⁊ gal.in cõmento ſeptio dix. dixi enim
in eis q̃ pceſſerũt ꝙ diuerſitas in egritudibus de
aptitudine quaꝝ eſt vt ꝯſumanẽ in minorib⁹ ſpaci
is inter illas q̃ ſaluãtur ex eis ⁊ inter illas que in/
terficiũt eſt magna valde. Egritudinũ aũt quarũ
ſpaciũ ꝓlongaẽ nõ eſt dfa inter ſaluas ⁊ pnecabi/
les magna. 4° ſic.eque certa poſſunt eſſe ſigna
mortis ſalutis in cronicis. ⁊ ꝯtra ſicut in acutis
⁊ ꝯtra.igitur nõ certiores ſt in cronicis.Aſſ^m ꝓ'.
pmo q2 in appoplexia maiori ſt certiſſia ⁊ iſallibi/
lia ſigna mortis. 2° q2 cognoſcẽs recte vitalia ſigã
⁊ mortis ꝓnoſticoꝝ rectitudinẽ inoffenſe ꝑgredie
tur.ſo ꝓnoſti. 5° q2 quãtacũq3 põt eſſe ꝓportio
morbi ad virtutẽ i cronico aut ecõtra tãta põt eſſe
in acuto ⁊ nõ maior.igiẽ eque certa ſigna poſſunt
apparere.ꝯña clara ẽ. q2 ex magnitudie talis pro
portionis ſigna fiũt certa.⁊ aſſ^m p3. q2 in cronico
ad ſalutẽ terminãdo i infinitũ creſcit ꝓportio vir/
tutis ad morbũ cũ morbus ad nõ g̃dũ remittatur
⁊ in cronico ad mortẽ terminãdo in iſinitũ creſcit
ꝓportio morbi ad virtutẽ.q2 virtus ad nõ gradu3
terminaẽ ſtãte morbo ⁊ taliꝫ ⁊ nõ plus accit i acu/
to igiẽ ⁊c. In op^m eſt gal.in comẽto aſſõi.in qõe
ſunt due opiones digne recitari. vna opio eſt que
ſumiẽ quodãmõ ex ſolutõe Bertbucij boñ.⁊ albti
de zãcarijs quã iacobus de forliuio bene colorat
motiuis variaẽ iis. 2ª eſt Gentilis ⁊ cõis bodie.
Et iõ in qõe ponã duos articulos. in pmo narra/
bo põnem priaz.ſcdo ſecundã. Quantũ ad pri
mũ pmittendũ.primo ꝙ ſignoꝝ ꝓnoſticorũ.mul/
te ſt ſignificatões vt lõgitudo breuitas ⁊c. Hic tñ
ſolũ loqmur de iſtoꝝ ſignoꝝ certitudie in quãtu3
ſigñt ſalutẽ aut mortẽ. 2° pmittendũ ꝙ hic loq
mur de ſignis i morbis q̃ nõ ſt ex toto genere mõ
tales vt fortis appoplia. 3° pmittendũ vt s̃ dr ꝙ
cã faciẽs morbũ acutũ facit hoc aut rõe qualitatꝭ
mãifeſ. ãt rõe q̃litatꝭ occlte aut rõe q̃titatꝭ aut rõe
loci.⁊ totũ p3 circa aſſõm in notatꝭ. Tunc ẽ prima
ſuppõ mãe faciẽreſ mõbũ acutũ merito qualitatũ
manifeſtaꝝ ſt mãe mobiles valde. Sed ꝯtra mãe
morbũ cronicũ faciẽtes. p3 q2 pme ſt acute leues
calide ſubtiles ⁊ alie ſt oppoſito mõ viſcoſe groſſe
frigide vt dr in comẽto. 2ª ſuppõ mobilitas mẽ
q̃ eſt cã morbi incertificat iudiciũ.p3 q2 ex ea ꝯtin
git variari effectũ aliq̃ p ſigna oſtẽdaẽ. 3ª ſuppõ
eſt ꝙ aliud eſt ſignũ aliqõ ſalutis ⁊ mortꝭ eſſe cer-
tius ⁊ aliud ẽ ipm eſſe manifeſti⁹. nã ſignũ dr cer
tũ qñ3 ſigñt certe rẽ futurã. tũc ãt dr manifeſti⁹ qñ
in ſe facilius ꝯphendiẽ ⁊ qñ facilius appet eſſe ⁊
manifeſtius eſſe ſignũ.tũc ponũẽ quedã ꝯ°nes
Prima.ſigna ꝓnoſtica ſalutis vel mortis i cro
nicis nõ ſt neccio certiora ſignis ſibi ꝓportionatiſ

in acutis merito loci vbi peccat mã vel merito mul
titudis ei⁹. ꝓ' q2 ſi eſſent icertiora. hoc ẽet pp mẽ
mobilitatẽ cũ nullã aliã cã3 aſſignet ꝯmẽtator. ſ3
i talib⁹ mã nõ eſt mobilior ꝙ̃ in cronicis cũ ſit fria
vt p3 de appopleſia ⁊ ſpaſmo vli ⁊ pipleõnia quo
rũ morboꝝ mẽ ſt fleãtice. 2ª ꝯ°. ſigna ꝓnoſtica
ſalutis vel mortis i morbis acutꝭ merito mẽ mali/
cie ſolũ occulte ſt icertiora ꝙ̃ ſigna in cronicis ap
parẽtia. Hoc p3 ad ſenſũ in febrib⁹ peſtilẽtialib⁹
i qbus ſigna ſalutis aut mortis ſt incertiſſia. Ap/
paret eni aliñ pulſus bonus ⁊ vrina bõa ⁊ tñ eger
tendit ad mortẽ pma 4ª. 3ª ꝯ°.ſigna lõgitudinis
aut breuitaẽ morbi ſt certiora i acutis ꝙ̃ i crõicis
ꝓ'.q2 euidẽter apparẽt in acutis accñtia vehemẽ
tiora cum quibus virtus nõ põt diu pdurare que
nõ apparẽt in cronicis. 4° ꝯcluſio eia ſigna mõ
tis aut ſalutis in cronicis apparẽtia ſunt certiora
ꝙ̃ ſibi ſimilia apparẽtia in acutis. ꝓbatur. q2 mã
acutorum eſt magis variabilis merito cuius facili
us cadit error in iudicio de illa. Et hanc voluit
Ypo.⁊ gal.hic.⁊ intelligitur de acuta pendente a
materia faciẽte morbum acutum merito manife/
ſte qualitatis. Quinta concluſio. licet ita ſit in
omnibus tamen egritudinibus acutis manifeſtio
ra ſunt ſigna ſalutis vel mortis ꝙ̃ in cronicis.
Probatur quia accidẽtia in acutis ſunt vehemen
tiora ⁊ actio eſt velocior valde in eis aut materie
in membra aut virtutis in materiam. Et ideo fi/
unt ſigna magis manifeſta. In iſtis fiat quaſi re/
ſponſio. Contra hanc poſitionẽ arguitur. ⁊ p/
mo ꝙ hec non ſit intentio Ypoc.tertio pronoſtico
rum loco allegato.⁊ galie. Arguitur egritudines
ſalue a mortiferis diſcernũtur facilius.quia i illis
in quibus ſigna ſunt certiora ſalutis aut mortis.
non quia ſigna in ſe ſint manifeſtiora vt patet. ſ3
facilius diſcernuntur ſalue a mortiferis. i peracu
tis vt vult Ypo.ergo in eis ſint ſigna certiora ſalu
tis aut mortis. Maior patet quia. hec talis diſ
cretio nõ ſit niſi ſecundum certitudinem taliũ ſi/
gnorum vt ſunt talia ſigna. Et hoc argumen/
tum puto ſufficienter oſtendere hanc non eſſe mẽ
tem ypo. in loco iſto.nec gal. Secũdo ſigilati ar
guitur de condictionibus in ſe conſideratis. Et
primo cõtra primã. ⁊ ſuppono ꝙ mã alijs parib⁹
cum magis nocet magis ſtimulat virtutẽ ad expel
lendũ.hoc p3 de ſe. Et q2 aliter nõ videreẽ qũo
euacuatio in principio febriũ eſſet ſignũ multitu
dinis mãe. Secundo ſuppono ꝙ mã magis ſti
mulans ad expellendũ alijs parib⁹ facili⁹ moueẽ
Hec ſuppõ patet q2 minor virtus poſſet hanc mo
uere cum agat maiori conatu. Ex iſtis ſequitur
primam concluſione3 vniuerſaliter non eſſe verã
nam mãe acutoꝝ morborũ alijs paribus ſiue ſint
morbi acuti ꝓpter multitudinẽ mãe ſiue ꝓpter lo
cum magis ſtimulãt ꝙ̃ faciẽtes morbũ cronicum
igitur ſunt mobiliores. S3 mobilitas eſt cã icer
titudis ſignoꝝ vt vult poſitio.g̃ ꝯcluſio pma falſa
Cõtra tertiã cõcluſionẽ arguiẽ q2 in ꝓceſſu cro

nicoꝝ vbi ſīt certa ſigna ſalutꝭ ſigna lōgitudis mor
bi ſīt certiſſima qꝛ ſalutꝭ ſīt certa vt uult poſitio ⁊ ſci
tur ꝙ ſal⁹ nō pōt ēe cita.igiẗ ſigā lōgitud s ſūt cer
ta. Preterea fortitudo acciñtium nō ſp ē ſignum
breuitatꝭ imo icolūitas vt hꝫ videri ꝑ ſigna q̄ nar
ranẗ.tᷓio ꝓnoſticoꝝ textu ꝯmēti ſeptimi. vbi dicit
euaſuris ſi cito ſp̄s ſuauis nꝫ dolor aliqs ⁊ quies
nocturna nālis ⁊c. ſed eqꝫ icolumia poſſunt eſſe i
cronicis. ſilꝛ ſigna cite mortis in cronicis pn̄t ap
parere eque certa ſicut i acutis ſicut pcipiẗ futura
mala criſis imo iſta ſīt certiora iuxta pōnem. ſed il
la ſignt eque certā morbi breuitatē ſicut mortem
citā.ğ ſe' ꝙ i mortalib⁹ non oꝫ eſſe certiora ſigna
breuitatꝭ aut lōgitudis in acutis q̄ꝫ in cronicis.

4ᵃ iteꝝ ꝯ⁹ eſt falſa cū in acutis merito qualitatꝭ
mē manifeſtatio cū iā pluria ps mē eſt expulſa p̄-
cedentib⁹ ſignis digōnis certiora videẗ ſigna ſa-
lutis q̄ꝫ ſimilia in cronica qꝛ materie mobilitas ar
guit tunc virtutē eā facili⁹ pellere ⁊ ſanitatē faceẗ

Contra qntā ꝯcluſionē aẗ. in cronica egritudi
ne ſtat tantā eſſe maliciā in mā ſicut in acuta vt i
ſtatu cronici mortalis vbi vrina appet nigra ita ſi
cut in aliqua acuta cū virtutꝭ tāta debilitate ſicut
in acuta. igiẗ nō manifeſtiora pn̄t eē mortis ſigna
in vna q̄ꝫ in reliqua. Preterea certiſſia ſigna de
morte ſīt virtutꝭ debilitas ⁊ manifeſtiſſia ſꝫ virt⁹ pt
eſſe ita debilis i cronicis ſicut i acutiſ.igiẗ ꝯ⁹ falſa
Nā q̄ꝫ eni caliditatꝭ itenſio pōt eſſe ita certū ſignū
mortis aut doloris fortis ſicut virtutis certa ⁊ ir
reparabilis debilitas q̄ tāta pōt ēe i cronicis ſicut
in acutis eq̄ igiẗ manifeſta ⁊ certa ſigna poſſūt ſi
gnificare mortē in cronicis ſicut in acutꝭ. Quātū
ad ſcōm no.ṗmo ꝙ certius ⁊ mai⁹ ſignū de morte
vel de ſalute ē illud ꝑ quod magis ſignificaẗ aut
virtutis dn̄iuꝫ ſ̄ morbū aut extra. nā vt dixi ex.g
tertio ꝓnoſticoꝝ.cōmēto qnto.illa ē via prudētiū
in rn̄dendo.idem vr̄ de mēte auic.ſcd̄a quarti ca.
de ſignis mortis vbi ṗncipaliſſia ſigna poſuit de-
biliatē virtutis in ꝯparatione ad egritudinē cū di
xit.de illis ē debilitas virtutis ⁊ defectus eius ad
reſiſtentiā egritudinū. No.ſcd̄o ꝙ in morbis tā
cronicis q̄ꝫ i acutꝭ maius ē dn̄iuꝫ virtutis ſ̄ morbi
mām i ſtatu q̄ꝫ in aliquo p̄cedentiū tp̄oꝝ. aut ecō
tra mai⁹ dn̄iuꝫ morbi ⁊ mē ſ̄ virtutis. hoc loquē
do de ſtatu quo ad digōem māe uel putrefactiōm
hoc pꝫ de ſe qꝛ ſūme digā mā magis ſibi dn̄atur v̄
tus alijs parib⁹ q̄ꝫ ante ⁊ peſſie putrida magis do
minaẗ virtuti. No.tᷓio ꝙ qn̄ paruus ē exceſſus
virtutis ſr̄ māꝫ aut ecōtra pua ſit pugna. ⁊ ſi fiat
nō multū cognoſciẗ vnius eoꝝ dn̄ium ſ̄ reliquuꝫ

No.quarto ꝙ morbi iō ſīt acuti qꝛ ab ipſo mor
bi initio multū dn̄atur virtus mē̄i aut ex̄. naꝫ hec
ſola ē cā cite terminatōis h⁹i morboꝝ. in cronicis
aūt ab initio eſt ex̄.⁊ hec eſt cā longitudis pugne
⁊ hoc pōt totum colligi tᷓio ꝓnoſt.cap̄.qnto. Ul
timo ſuppono ꝙ loqmur de morbis nō ex toto ge
nere mortalibuſ. His habitꝭ hec ē ṗma ꝯcluſio
certiora ſunt ſignā ſalutis vel mortis in ṗncipio
morboꝝ acutorū q̄ꝫ in ṗncipio morborū cronicoꝝ

ꝓbatur.in illis morbis ſunt certiora ſigna ſalutis
aut mortis in ṗnci.eo tpe in qbus multo notabilr
maius ⁊ manifeſti⁹ dn̄ium virtutꝭ ſup mām aut ex̄
ſed hoc ē in ṗn⁹ acutoꝝ ergo ⁊c. maior ē no.ex ṗ
mo notato.⁊ minor pꝫ ex quarto notabili. Scd̄a
ꝯcluſio.certiora ſīt ſigna ſalutis vel mortis i ſtatu
⁊ ꝓpe ſtatū cronicoꝝ q̄ꝫ in ſtatu vł ꝓpe ſtatū i acu
tis. ꝓ'. equaliter pōt appere dn̄ium virtutꝭ ſr̄ māꝫ
in cronicis in illo tpe ſicut i acutis vt ꝑ parte pro
batū eſt in argumētis ꝯtra p̄cedentē pōnem. ſed
equali apparēte dn̄io certiora ſīt ſigna cronicarū.
igiẗ ⁊c. minor pꝫ qꝛ ſīt ſtabiliores ⁊ minuſ merito
ſue māe variabiles. Tertia ꝯcluſio abſolute ſi
gna ſalutis vel mortis in cronicıſ i ſtatu ſīt certiōa
q̄ꝫ ſigna ſalutis vel mortis in acutis i ſtatu vel āte
ꝓbaẗ. qꝛ ſigna talia in ſtatu ſīt certiora q̄ꝫ ſigna ſi
bi ſimilia i ſtatu acutoꝝ vt dic ſcd̄a ꝯcluſio.⁊ i ſta-
tu acutoꝝ ſīt talia ſigna certiora q̄ꝫ i ṗnci.earūdeꝫ
vel augmēto vt dic ſcōm notabile.ergo ꝯ°. v̄a. Et
ṗmā iſtaꝝ ꝯcluſionū vult ypo.⁊ gal.tᷓio ꝓnoſti.lo
cis allegatis ⁊ ſcd̄ā ⁊ tertiā vult gal. hic i comēto

Ad argumēta igiẗ ṗncipalia. ad primū negeẗ
minor.⁊ qn̄ aẗ auctoritate ypo.tᷓio ꝓnoſti.dr̄ ꝙ h
eſt veꝝ in ṗncipio.⁊ ita exp̄ſſit ypo.in textu cū dix
in qbus egritudib⁹ terminatio ē tarda ꝓnoſtica i
illis initio ſīt latentia. exp̄ſſit igitur initiū i quo eſt
tale dn̄ium maiuſ. Ad ſcōm argᵐ dr̄ eodē mō ꝙ
acute egritudies in initio ſīt faciliores ad cogno-
ſcendū vtꝝ ſīt ſalue an mortales. ſed nō ſeqtur ꝙ
ſint faciliores ad cognoſcēdū. Et iō gal.in cōmen
to ſeptio cū docuit qd intēdit ypo.dix poſt locis ā
allegatꝭ in tertio arg°. ſed eaꝝ ſignificatiōes.i.cro
nicaꝝ mortaliū ⁊ ſaluaꝝ ſīt ſilēs ab initio eaꝝ ma
nifeſtꝭ dicꝭ textus cōmenti qnti ⁊ comēti ſeptimi ſī
de ſignis in ṗncipio ꝑ vno de.4.tpibus vlib⁹ mor
bi quo ad māe alteratōꝫ. Ad tᷓiū diceẗ eodē mō
ꝙ hec dr̄a in ṗnci.eſt maior nō āt i ſtatu. Ad quā
tū argᵐ loquēdo de morbis nō ex toto gn̄ē morta
libus pōt dici ꝙ aſſᵐ ē ſīm.⁊ tūc ṗma rō de appo
plexia nō ꝓcedit. Ad ſcd̄aꝫ dr̄ ꝙ rcē cognoſcēs
iſta ſigna ꝓgredieẗ icōfuſe.i.ip̄e nō ꝓnūtiabit ita
abſolute de morte āt de ſalute i acutis ſiue crōicıſ
Ad tᷓiā de ꝓportōe ne' ꝯn̄a.qꝛ iſta ē firmior ꝓpō
tio i crōico q̄ꝫ i acuto.vł ſivis ſecuri⁹ diceř faciaſ fā
⁊ tᷓiā ꝯ°es nō vlēs ſꝫ vt i plib⁹ v̄ificari h̄ de qōe.

# Qibuſcunqꝫ

iuuenib⁹. ypo.
i iſto affō itēdit
duaſ ꝯ°es.⁊ faꝫ pōit ibi.⁊ qbuſcūqꝫ. pa
ꝯ°. ē iſta.qlibet hēns vētrē fluxibilē ⁊ lu
bricū i iuuētute i ſenectute hꝫ vētrē ſtipticū. ꝓ'.qꝛ
i iſtis i ſenectute adſīt cē ſtipticitatꝭ.ğ ⁊c.ꝯn̄a clara
⁊ aſſᵐ patebit i notatꝭ. Circa affōꝫ no.ṗmo ꝑ ven
trē h̄ itelligi iteſtia lꝫ multis mōis capiaẗ h̄ nomē
vēter vt dicᵐ ē ſo affō ṗme ptic'.i pturbatiōib⁹ ⁊c.
No.2° ꝙ veni dr̄ hūid⁹ ad ſēſū ypo. qꝛ ē emittēs
ex cibo aſſūpto iſoř ſupfluitatꝭ ṗme digōiſ rē hūiō
nālꝛ nō ex alteri⁹ hūoꝝ pmixtiōe.v̄big̃. ſiquis a to
to corpore remittet humores ad inteſtina merito
cuius venter fieret lubricus ⁊ egeſtio humida.

pp illorũ permixtionẽ nõ diceret vẽter humidus
ad ſenſum ypo.ſed qui a cõſuetudine emittit feces
que ſunt molles nõ merito pmixtionis hũiditatis
mollificantis eas tunc dicimus iſtũ ventrẽ eſſe hu
midũ ⁊ ecõtra ſiccũ. Mo.tio ꝙ per iuuenes in
telligunt oẽs a pͥncipio ſenectutis vſ3 ad pͥncipiũ
vite.⁊ p ſeneſcẽtes nõ tm̃ intelligimus primos. vt
vocabulũ inchoactiuũ ſonat.ſed gnãliter oẽs a pͥ
mo iſtanti ſenectutis vſq3 ad vite finẽ. Mo. quã
to ꝙ ventrẽ pͥmo humidũ in ſenectute fieri ſiccu3
põt fieri duobꝰ mõis.vno ꝙ fiat ſiccus rus ventris
ↄpati in ſua etate vel ꝙ fiat ſtipticus qȯ idem eſt i
cõparatione ad ſe ipm̃ iuuenẽ. Mo.qnto ꝙ vlis
cã humiditatis vẽtris mõ dicto ẽ q2 de toto cibo
ſũpto mõica ꝓportionabilr̃ trahit humiditas ad e
par ita ꝙ merito huiꝰ id qȯ remanet emittendum
p inteſtia eſt humidũ.Hoc autẽ qnq3 cãis nãlibus
põt ↄtingere.pͥmo ꝓpter ſtõi fritatem merito cuiꝰ
plus appetit q̃3 epar poſſit attrahere. ſcõa ẽ epatis
fritas per quã epar eſt debile ad attrahendũ ita ꝙ
nõ põt tm̃ attrahere quantũ ↄpatus ſtõus appetit
tertia ẽ virtus expulſiua fortis in ſtõ ꝓpter fortem
humiditatẽ ⁊ caliditatẽ. quarta cã ꝓpter debilita
tẽ retẽtiue merito fritatis ⁊ humiditatis ſtõi. qnta
cã ẽ multitudo co.ab epate ad iteſtia trãſmiſſe ad
ſtimulandũ ea vt expellãt. Mo.qnto ꝙ ſm gal.
in cõmento de iſtis.5e plurie pmutant ȯ iuuẽtute
ad ſenectutẽ i cõtrariũ.⁊ iȯ faciunt effectũ ad con
trariũ tendentẽ.nã primo ſi ſtõus eſſ3 in iuuẽtute
frũs in ſenectute infrigidat totũ corpꝰ. ⁊ ẽt ſtõus
remanet frũs.⁊ iȯ appetitus deicit nã corporis fri
giditas facit debilẽ appetitũ.q2 vene debilr̃ attra
hũt a ſtõ. ſilr̃ ſi venter ẽ lubricus in iuuẽtute ꝓpt
multã co.trãſmiſſam ad inteſtia i ſenectute.q2 co.
paucificat ꝓpter fritatẽ etatiuã venter fit magis
ſtipticus.Si vero fuerit venter hũidus ꝓpter de
bilitatẽ retẽtiue alñ mutat ad ſtipticũ ⁊ alñ non.
nã ſi multũ ẽ fridus venter ⁊ humidus i iuuẽtute
merito huius erit ẽt in ſenectute magis humidus
q2 deficiet ↄtentiue multũ augmentata fritate. ſ3
ſi venter fuerit vẽter calidus ⁊ hũidus merito cuiꝰ
ꝓpter humiditatẽ ſit debilis cõtentiua i ſenectute
mutat ad ſtipticitatẽ q2 i ſenectute remanet ſatis
calidus cũ pͥus fuerit valde calidus ⁊ fit ſiccus.⁊
iȯ virtus ↄtentiua fortificat.ſed ſi fuerit hũidꝰ pp
epatis debilitatẽ codẽ mõ remanet in ſenectute vl
creſcit hũiditas q2 epar magis debilitat. Itez ſi
fuerit hũidus ꝓpter fortitudinẽ expulſiue.l3 expl
ſiua iuuet p accñs fritate tñ plus debilitat in ſeni
bus debilitato calore.⁊ iȯ ẽt in ſiccitatẽ mutatur
merito hꝰ cãe . ex qbꝰa3 ꝙ vt plimũ cẽ fluxibilitatis
vẽtris i iuuẽtute mutãt i ſenect.ad ſtipticitatẽ.p3
2o ↄonem affõi intelligendã eſſe vt in pluribꝰ non
vlr vt dicit ga.in ↄmẽto. P3 tertio cã affõi veriſi
cans . p3 quarto ꝙ intelligitur in ſenectute vẽter
ſiccus nõ in cõparatõe ad ↄpatũ ſed in ↄparatiõe
ad id qȯ fuit i iuuẽtute. Ultimo no.ꝙ diſparita
te regis poſita cõtingeret oia falſificari vt ſi ſit eta
tis pmutatiõe pmutaret dietã ad illã que magis
eſſet apta lubricũ ventrẽ reddere. Et qbuſcunq3
Secunda cõcluſio affõi eſt iſta. quicũq3 in iuuẽ
tute habẽt ventrẽ ſiccũ in ſenectute hñt lubricum
ꝓbat. q2 cẽ ſtipticitatis in iuuentute in ventre pmu
tãtur in etate ita vt inde venter fiat lubricus g̃ ⁊c.
Aſſm in notatis patebit. Nota hic ꝙ cãe ſtipti
citatis in iuuẽtute ſi qnq3 opponit pͥdictis cãis flu
xibilitatis.pͥma eſt paucitas appetitus ꝓpter ſtõi ca
liditatẽ.ſcõa ẽ fortitudo attractiue epis pp calidita
tẽ. tertia ẽ fortitudo retẽtiue ſtõi pp ſiccitatẽ ⁊ cali
ditatẽ. quarta ẽ debilitas expulſiue ſtõi. qnta eſt
paucitas colere trãſmiſſe. Scõo no.ꝙ ẽt hic vt i
pluribꝰ pmutãt iſte cãe. nã ſi appetitus ẽ debilis
ꝓpter multã caliditatẽ in iuuẽtute hoc maxie ẽ ex
multa co.gnãta ⁊ multo colico fumo cõicato ori
ſtõi ⁊ in ſenectute pp fritatẽ cõſtat ꝙ hec cã mino
ratur augmẽtata fritate ⁊ ſtõi ⁊ epatis.ſcõa cã ite
rũ pmutat q2 epar ↄtinue in ſenectute debilitat i
attrahendo.tertia cã itez pmutat q2 ↄtẽtiua debi
litatur duobꝰ mõis.vnus p augmẽtũ fritatis oẽm
opõnem ipficiẽtis.ſcõs eſt p nimiũ augmentũ ſic
citatis qñ3 actũ ꝓpe virtutis deiciẽtis.⁊ hec pmu
tatio nõ cito accit ſ3 tarde vt i ↄmẽto dr̃.quarta cã
remanet ⁊ creſcit creſcẽte fritate. qnta itez rẽanet
aut auget. p3 igit ꝙ ẽt vt plurimũ iſte cãe pmutã
tur. verificat igitur ſcõa ↄcluſio ẽt vt i pluribus ⁊
nõ vlr̃. ⁊ affõi concordia colligit decima ſexta ttij.
cap.de fluxu ventris oium modoꝝ.

**Hoc non ſemper** ⁊c. Gal.i iſto
cõmẽto facit
duo.pͥmo pͥmittit q̃dam preãbula ad expõnẽ.ſcõo
expõit verificãda ãbas ↄcluſiones.ibi 2a. ventres
inq̃3. pͥma ditur in.4.partes. In prima oſtendit
affõm intelligẽdũ eſſe vt in pluribus. In ſcõa oſ
dit de qua lubricitate ⁊ ſiccitate loquat.3o oſẽdit
q̃ ſit ↄſideranda ad affõ3 vificãdũ.4o põit intẽtõ3
ſuã.ibi 2a humiditatẽ ſant.ibi 3a i quo ↄſiderãda
ibi 4a. ⁊ ego hic. pͥmo dic hũc affõ3 nõ eſſe ſp vu3
ſed vt i pluribus.⁊ hoc ꝓbat de mẽte ypo.q ita di
cit in vltio affõ hꝰ pticule vbi qi iſtũ repetit.De ſa
pte dic ꝙ hic nõ o3 intelligi de lubricitate ⁊ ſicci
tate vẽtris quõlibet ↄtingẽtibꝰ ſed de illis q̃ ſi ſer
uate codẽ ordine diete in oibus etatibꝰ. nã ſi qs i
iuuentute vtat dieta alexãdrina i qua in pͥncipio
prãdij ſumũt ſubductiua vẽtris vt piſces ſaliti ⁊ po
ri ⁊ vinũ dulce.⁊ poſtea in ſenectute moueãt ad
capiendũ ſtiptica vt neſpula ⁊ ſorbe ⁊ vinũ põticũ
Aut ſi ↄtra fieret in dieta mutatio tũc l3 in iuuẽ
tute lubricus fiat in ſenectute ſtipticus. iſta nõ eſt
mutatio quã ypo.itendit ſ3 ſi ſeruat idẽ ordo die
te tũc dẽmꝰ mutatõ3 talẽ aduertere.⁊ de illa maxi
me vificat affõus ⁊ eſt intẽtio ypo. De pte tertia
dic ꝙ ad hoc verificandũ o3 ↄſiderare diuerſitatẽ
diſpõnũ corpoꝝ p quas fit aut lubricitas aut ſtip
ticitas.⁊ hoc mõ accit ꝙ multi medici iſtud iueſti
gauerũt ut veritatẽ iſtius affõi cognoſcerẽt. De
pte 4a dic ꝙ ipe ẽ facturꝰ illud idẽ q2 iueſtigaturꝰ
cãs dictas p demõſtratõ3.ſ3 q2 vidit opus cõmẽti
q̃le ẽ iſtõ ad h nõ ſufficere ꝓpoſuit facẽ vnũ volũẽ

ſoluꝫ ð ðcō ꝓpoſito.ſ.cāis fluxibilitatꝭ ⁊ ſtipticitatꝭ ⁊ addit ꝙ hic nō vult retardari.i.ſcribere ea q̄ ſūt dicta in libro de virtutibus nālibus ⁊ de accidentalibus. Sed vult nos iſta habere in mente.

Uentres inquā. Hic verificat aſſōm ⁊ diuiditur i duas ptes.p̄io verificat ɔcluſionē p̄mā.2ᵒ ſcðaꝫ.ibi ſa. in ſenectute vero. Prima i duas q̄m primo dat cās humiditatis ventris i iuuētute. 2ᵒ oñdit ex illaꝝ mutatōe etatia v̄ificari ɔcluſionē p̄mā vt i plurib⁹.ibi ſa. vētres igiſ.p̄ma pars poſſꝫ didi in multas ptes.ſꝫ in p̄ma dicit q̄nꝙ.primum ꝙ vlꝫ ventres ſīt humidi eo mō quo hic loq̄mur de minuta humiditate q̄ venit a ſtō ad epar de hūiditatib⁹ ciboꝝ.i.qꝛ pauca hūiditas ex cibo trāſmittit ad ep.⁊ hoc ſm cibi ꝓportionē. Dicit ſo ꝙ cā qꝛ pauca hūiditas trāſmittiſ ad epar.eſt aut qꝛ ſtōuſ plus ſumit de cibo q̄ꝫ epar ſufficit attrahere āt qꝛ cito cibi a corpe expellūſ ante q̄ꝫ epar ad ſe totaꝫ humiditatē poſſet attrahere. nā ſi plus recipiſ q̄ꝫ epar trahere poſſꝫ remanet multū ð illo ſuſcepto ⁊ ſi cito expelliſ nō pōt epar multū ð humiditate cibi capere. Dicit t̄tio ꝙ cā qꝛ cibus velociſ egreditur ſtōm ⁊ inteſtina eſt multitudo co.trāſmiſſe ab epate ad iteſtina āt fortitudo v̄tutis expulſiue iſtorū mēbroꝝ aut debilitas retētiue. Dicit quarto ꝙ cā qꝛ plus deſiderāt cape q̄ꝫ epar poſſit attrahere aut ē ex pte ſtōi.⁊ hoc qꝛ os ſtōi ſit frūm āt ex pte epatis qꝛ ſit debile ꝓpſ fritatē. Dicit q̄nto ꝙ debilitas ɔtētiue ē ꝓpter hūiditatē ſtōi. Ex quibuſ pꝫ vētres i iuuētute hūidos cās eſſe q̄nꝙ nāleſ.fritaſ ſtōi.mltitudo co.humiditas ſtōi.fritas ⁊ hūiditas ſtōi.frigiditas epatis.

Uentres igiſ. Hic oſtēdit v̄itatē p̄me ɔcluſionis.⁊ dic.4. p̄mū eſt ꝙ vētreſ humidi ꝓpſ ſtōi frigiditatē multū cibū appetētes ſīt in ſenectute ſicci.Nō qꝛ q̄n ventres ſīt hūidi ſtōi ſunt frigidi totū corp⁹ in ſenectute infrigidaſ ⁊ ēt ſtō ⁊ corpore infridato ⁊ etatie ⁊ ꝓpter fritatē ſtōi addētis defficit attractiua totius.⁊ ſic appetit⁹ ſtōi deiciſ duobus mōis.vno mō qꝛ infrigidatio q̄ eſt ꝓpter hūidi ſubſtātifici ⁊ ſpūuꝫ defectū multa exiſtēs nō auget appetitū ſed diminuit ⁊ talis ē i ſenectute. 2ᵒ eſt totius corpis fritas ꝓpter quā nō fortis ſit attractio. Dicit ſcðo ꝙ vēter hūidus i iuuētute ꝓpter co.multitudinē ſit in ſenectute ſiccus. quātū ē ex parte iſtius cāe.qꝛ ꝓpter fritatē etatiue acq̄ſitā oꝫ minui colerā. Dicit t̄tio ꝙ ſi venter eſt humidus ꝓpter eius ɔplionalē hūiditatē nō oꝫ in ſenectute ſp eſſe ſiccuꝫ.nā ſi ē humidus cū fritate in ſenectute deficiet magis ɔtētiua v̄tus q̄ꝫ i iuuētute fritate augmētata qꝛ in ſenectute fritatē hītā in iuuētute nō amittit. ſi eni in iuuētute ſtōus ifrigidaſ ⁊ eſt frūs in ſenectute fritas augeſ. ⁊ iō contētiua debilitatur qꝛ ōe corpus i quo habūdat frigiditas ⁊ p̄cipue ɔñs paucitatē iati caloriſ neceſſe eſt ꝙ actiōes hēat defectas. Patet igiſ qð nō neceſſario exſiccatur.ſed ſi i iuuētute fuerit hūidus ⁊ calidus ſtōus tūc in ſenectute fiet ſtipticus q p̄⁹ erat lubricus.pꝫ qꝛ cōtentiua v̄tus vigoraſ.⁊ cā ē ɔplio ſtōi rꝰ cuius eſt fria ⁊ ſicca cum ſit neruoſuſ ſi igiſ ſit multū humid⁹ in iuuētute qð oꝫ ſi dꝫ eē lubricus merito iſtius hūiditatis oꝫ ꝙ i ſenectute cōfortetur cōtentia qꝛ ſtōus exſiccatur ⁊ nō ſit mltū frūſ imo remanet ſatis calidus cuꝫ in iuuētute multū fuerit calidus ex hijs. Dicit quarto conſtare ꝙ ut plurimū vēter in iuuētute lubricus ex etatiua mutatōe ſit ſtipticus in ſenectute. nā ſi eſſet humidus pp epatꝭ fritatē paucū attrahētis.pꝫ qð nō oꝫ merito h⁹ fieri ſiccū ſed cū hoc toto plures reſtāt mōi q̄bus ſit traſmutatio quā q̄bus non.

In ſenectute. Nūc explanat ɔcluſionē ſaꝫ ⁊ ditur in.4. primo pōit ɔcluſionē.ſo cām ſtipticitatis in iuuētute.t̄tio oſtēdit ꝙ iſte cāe vt plurimū in ſenectute p̄mutāſ ad cāſ lubricitatꝭ.quarto pōit finē dictis excuſādo ſe.ibi 2ᵃ. ſiccitas vero.ibi 3ᵃ. hec oīa. ibi quarta. iſta ꝑ breuitate. Dicit p̄io ꝙ in ſenectute ſīt humidi illi vētres ⁊ lubrici q i iuuētute ſīt ſicci vt plurimū. De ſcða parte dic ꝙ cē ſtipticitatis in iuuētute ſīt aut paucitas cibi i cōparatione ad illud qð epar ē aptū attrahere aut ꝓpter paucitatē co.ad ſtōm ⁊ iteſtina veniētis paucitaſ aut cibi cā eſt caliditas ſtōi ꝓpter quā feſtinat ſaturari ſtōus ſed ſiccitaſ ſtōi q per ſe eſſet humiduſ ſit ab ēpe tpato aut calō. ⁊ hic ꝑ tpatum itelligim⁹ mediocriter calm in quo virtus attractiua ē fortis ⁊ cā paucitatis co.eſt fritas epatis. vel ēt cōtingit ventrē eſſe ſtipticū ꝓpter ɔtentiuā ſtōi fortē q̄ꝫdo ſtōus factus eſt ſiccior tpato. in ſūma igiſ cāe ſtipticitatis iueniantur hic.4. p̄ma eſt caliditas ſtōi ꝓpter quā ſtōus modicū appetit.ſcða eſt paucitaſ co.ad ſtōm euntis ⁊ in inteſtina.t̄tia eſt fortitudo attractiue epatis. quarta eſt fortitudo retētiue.nā expulſiue debilitas nō eſt hic cōnuāta. pōt tamen intelligi ex dictꝭ in cōcluſione p̄ia. De parte t̄tia dicit ꝙ vent ſtiptic⁹ pp ſtōi calitatē ea tpata i ſenectute ſit lubricus qꝛ appetit⁹ creſcit. ſed ſi ſit vent ſtipticus pp ſiccitatē cōfortantē cōtentiuā p̄cipue qꝛ eſt cōiuncta calitati iuuētutꝭ. Tunc iſta virtus ɔtētia debilitabiſ i ſenectute nimiū exſiccato ſtō ⁊ ſic velociſ egredieſ cibus.hec tamē debilitatō fiet tarde q̄ſi qꝛ tarde eueniet tāta ſiccitas vt deiciat ɔtētiuā.ſed ſi in iuuētute vent ē ſiccus pp co. paucitatē in ſenectute fiet ſiccus eodē mō qꝛ epar infrigidaſ ⁊ nō gn̄āt multā co.imo ſtat qð in tm̄ augeaſ frigus vt humiditatē chili epar trahere ñ poſſꝫ ⁊ ſic ēt fiet humidus ⁊ lubricus.ex q̄bus pꝫ qð vt plurimū vent in iuuētute ſtipticus in ſenectute eſt lubricus. Dic quarto qð iſta ſufficiāt ꝓpſ breuitatē operis q̄ꝫq̄ꝫ videat iſta eſſe difficilia ⁊ obſcura illis q nō legerūt libꝝ de nālib⁹ v̄tutibus . tū vr̄ hic poſſe ſufficere tendentib⁹ ad medicinam.

d Ubitaſ vtꝝ oēs hn̄tes in iuuentute ventrem lubricū habeant ip̄m in ſenectute ſtipticū. negatiue arguiſ ſic. hoīes frigidi ſtōi nāliſ alijs parib⁹ tā in ſenectute q̄ꝫ in iuuētute hn̄t ventrē lubricū ġ ⁊c. aſſᵐ ꝑ.qꝛ oēs tales pl⁹ appetūt rᵒ attractie ēpis q̄ꝫ tpati.⁊ iſta ē cā lubricitatꝭ.igiſ aliis deduceſ vēis eſt lubricus. Antecedens arguiſ qꝛ tā in ſenectute q̄ꝫ in iuuē

tute ſ͛liſs ſtōus facit magis appetere alijs paribuſ
Forte dicitur hic ꝙ aſſumptū primū nō ē vl'r verū
vbi eſt multū lapſus qꝛ ois īmoderata diſcraſſia
deicit actum ꝓprie v̄tutis. ſaltiꝫ hēo ꝙ hn̄tes ſtōꝫ
ſ͛lūm nō multum a tēperamento lapſum deductis
īpedimētis habēt ventrē lubricū tā in iuuētute ꝙ̄
in ſenectute. ⁊ ſic ꝯclio nō eſt vl'is nec ēt quo ad il
los q hn̄t ventrē lubꝛicū merito iſtius cāe eſt vera
vt in pluribꝰ qꝛ lapſoꝝ a tēperamēto plures ſunt
ita modicū lapſi vt nō deicit̄ actus ꝓprie virtutis
merito lapſus illius ꝙ̄ alij oppoſito mō hn̄tes. ⁊
de iſtis eſt veꝝ ꝙ tā in ſenectute ꝙ̄ i iuuentute ha
bēt ventrē lubꝛicū. 2° ſic habentes multā colaꝫ
ad inteſtina trāſmittēdā deducto impedimēto tā
in ſenectute ꝙ̄ in iuuētute hn̄t ventrē lubꝛicuꝫ. ⁊
tales habēt in iuuētute lubꝛicū ⁊ i ſenectute n̄ ſti
pticū cum ēt in ſenectute habeāt lubricū. Igitur
ccluſio nō eſt vl'r vera. aſſumptū pꝫ. qꝛ ipedimen
to deducto multa colera hoc mō trāſmiſſa eſt cā
lubꝛicitatis i quacūqꝫ cā iueniat̄ deducto impedi
mento. Et ego ita pono. forte dr̄ ꝙ habentes mul
tā colerā in iuuentute nō hn̄t multā in ſenectute
⁊ ſic nō eſt veꝝ ꝙ habentes multā colerā in ſenec
tute hn̄t ventrē lubꝛicum. qꝛ nulli ſt̄ tales. Cōtra
ſtat aliquē eſſe ſenē colericū ⁊ qlibet talis nāliter
diſpoſitus hꝫ multā colerā igit̄ ⁊c. 3° habenteſ
ventrē lubricū ꝓpter epatis ſ͛litatem modicuꝫ at
trahentis in ſenectute ēt habent lubꝛicū in ſenec
tute. qꝛ in ſenectute debilitas eſt maior. igit̄ cōclu
ſio falſa. 4° habentes lubricū ventrē ꝓpter hu
miditatē cōtentiuā debilitātē hn̄t ēt debilem ea
dem cā in ſenectute ⁊ magis ꝓpter debilitatē ad
ditā merito diminutiōis caloris. igit̄ ⁊c. 5° hn̄
tes lubꝛicū ventrē in iuuentute ꝓpter fortitudinē
expulſiue merito caliditatꝭ ⁊ humiditatis ventris.
eodē mō habent in ſenectute ergo ⁊c. Patet aſſ^m
qꝛ tales ēt in ſenectute permanēt calidi ⁊ humidi
ſi regie ꝑſeruatiuo cōſeruentur. ⁊ ſic videt̄ ꝙ ſ͛ꝫ
nullā cām aſſignatā a gal. in cōmento. venter i iu
uentute lubꝛicus vt plurimū ꝑmutat̄ ad ſtipticita
tē in ſenectute. Iteꝝ ꝓ hac parte eſt Rabi moiſeſ
i aſſōis q hunc aſſōm. dicit expꝛeſſe falſum eſſe.
In op^m eſt ypo. in aſſō. ⁊ gal. in cōmento. in iſta
qōne nitar ſaluare mentē ⁊ v̄ba gal. in cōmento ⁊
ypo. in aſſō. ⁊ faciā duos articulos. i primo ponā
ꝑambula quedā ad noſtꝝ ꝓpoſitū. ſ͛o ꝯcluſiōes
de queſito. Quātū ad ṗmū notandum ṗmo ꝙ
dupl'r poſſumus imaginari ventrē i iuuentute lu
bricū in ſenectute fieri ſtipticum. vno mō in cōpa
ratione ad tēperatū ſenē. ſcd̄o mō in cōparatiōe
ad ſe ipſum iuuenē ita ꝙ dicatur ſtipticuſ qꝛ minꝰ
lubꝛicus ꝙ̄ fuit in iuuētute ⁊ ꝓportionabil'r intelli
gatur de conuerſa permutatione. Nota ſcd̄o
ut ēt in littera tangebat̄ ꝙ venter hic non dr̄ lubꝛi
cus qꝛ fluxum vētris patiens ꝑter nāꝫ. nam dicit̄
penultio aſſō. qcūqꝫ ventres humidos habent ꝙ
in iuuentute iſti melius cōmutāt ſiccos habētibuſ
vt gal. videtur dicere ꝙ in iſtis bene egrediūt̄ ſu
perfluitates ꝙ nō diceret ſi iſta eēnt hoc mō ꝑter
nāliter diſpoſiti. ꝑ ventrē igit̄ lubricū intelligimꝰ
illū q ſupfluitates ṗme digōnis expellit modicuꝫ
ꝑ attractionē ex defectu partis humide ſue exſica
tas ⁊ extra ꝑ ſiccū. Nota tertio ꝙ .5^e. aſſignant̄
cōiter cāe huiꝰ lubꝛicitatꝭ q̄ poſite ſt̄ i cōmēto. vna
eſt ſ͛litas ſtōi per quā plus appetit ꝙ̄ epar attra
here poſſit. ſcd̄a eſt fortitudo virtutis expulſiue ꝓ
pter caliditatē ⁊ humiditatē ſtōi. t̄tia eſt debilitas
retentiue pp humiditatē ſtōi aut caliditati aut fri
giditati cōiuncta. quarta eſt multitudo colere ab
epate trāſmiſſe. quīta ē epatis attractiē debilitas
⁊ modi qbus faciūt lubꝛicitatē ꝑdictā habiti ſt̄ in
expōne aſſōi. Ecōtra āt. 5^e. ſt̄ in ſp̄e cōtrarie cē ſti
pticitatis in iuuētute. vna eſt caliditas ſtōi deiciēs
appetitū. ſcd̄a fortitudo retentiē ꝓpter ſtōi ſiccita
tē. t̄tia debilitas expulſiue pp ſ͛litatē. quarta attra
ctio epatis fortis ꝓpter calitatē. qnta paucitas co
lere trāſmiſſe ab epate. Nota quarto ꝙ lꝫ dicte
cāe ſic ſe hēant ꝙ vnaqueqꝫ ꝑ ſe ſit apta facere vē
trē lubꝛicū āt ſtipticum vt dr̄ tn̄ multotieſ ꝯiungā
tur cū diſpōnibus ad oppoſitū inclinātibuſ ita ꝙ
lubꝛicatiē cāe cū ſtipticatiuis cāis cōiungūt̄. vbi
quo ad iſtos cōtrarios effectus ꝓducendos eque
potēter cōcurrāt effectus. ſequit̄ ꝙ nullā eaꝝ ma
gis ꝙ̄ ad aliā declinās. ſed ſi vna potētius tūc ef
fectus ad nām potētiorē declinabit. No. qnto
ꝙ aliqn̄ vna ⁊ eadē qualitas. vno mō iuuat ad ſti
pticandū ⁊ ad mollificandū v̄biḡ. caliditas epatiſ
ꝓ ꝙ̄to eſt cā multe colet̄. gnātiua ē cā fluxibilitatꝭ
vētris. ⁊ ꝓ quāto vigorat vi attꝛactiuā epatis ē cā
ſtipticitatꝭ aliqualis. ⁊ ita ſtōi ſ͛litas ꝓ quāto facit
cibū āpliorē appetere ē cā fluxibilitatꝭ ⁊ ꝓ ꝙ̄to fa
cit cibū multū moꝛari i ſtō ⁊ inteſtis remittēdo di
gōnem ⁊ debilitādo expulſiuā ē cā ſtipticitatꝭ. Ex
qbꝰ ſeᷓ ꝙ nō oꝫ vnūquēqꝫ iuuenē cali epatis hēre
ventꝛē fluxibilē alijs paribꝰ. aut vnūquemqꝫ hēre
eū ſtipticū. ſꝫ ſtat alū eſſe ſtipticū vt vbi plus vigo
retur attractia ꝙ̄ maioret̄ quātitas colere ad ite
ſtina trāſmiſſe ⁊ ſtat eſſe fluxibilē. vbi extra. ⁊ ſtat
eſſe mediū ḡdual'r iter fluxibilē ⁊ tꝑatū. vbi vtrū
qꝫ equal'r faciat. Sed circa hoc dubitaret aliqs
ꝙ ē epar plus colere trāſmiſſiuū ſua calitate ꝙ̄ at
tractiuū. Pꝛo eadē hic rn̄dent aliq ꝙ epate ꝑ cali
tatē modicā recedētē a tꝑamēto vigorata ē attrac
tiua ⁊ nō multū vigorat̄ v̄tus colere gnātiua. naꝫ
gnātur a calitate ignea ſufficiēte ſupflue coquere
Et iō dicūt ꝙ lꝫ ꝑ augm calitatis ſ̄ tꝑamentū taꝫ
attractio ꝙ̄ gnātio co. poſſint diminui. qꝛ ois imo
derata diſcraſia deicit actū ꝓprie v̄tutis. tn̄ plus
pōt augeri calitas ſtāte po^e. multe co. gnātiua ꝙ̄
ſtāte v̄tute forti ad multū attrahēdū. ⁊ iō cū epar
tm̄ fuerit lapſū i calitate vt incipiat remitti i attra
hēdo. tūc ad multū co. gnāt ⁊ ꝑſeuerādo i itēſiōe
calitatꝭ ad hoc d̄ueniet vt plus poſſit ꝓportiōalitē
multā co. gnāre ꝙ̄ attrahere. ſꝫ mōica exñte diſtā
tia ꝯtingit op^m. epar igit̄ multū ꝑ caliditatē a tꝑa
mento diſtans facit ventrem fluxibilem. ſed cum
modicum diſtat facit ſtipticitatem in aliquo ḡdu
cōuenit quod faciunt medium inter vtrunqꝫ.

Hec tamē poſitio eſt voluntaria ponēs ꝙ citiuſ
ꝑ augmentū caliditatis incipit deici virtus attrac
tiua q̃ colere generatia. nā q̃uis colera a calitate
ignea generet tñ in flegmatico gnātur ⁊ in tpato
epate. vbi igiṫ creſcat iſta caliditas vṙ facere colere
augmentū ita a ꝑncipio ꝓportionabilr̄ ſicut ad au
gumentationē attractionis. Preterea opō v̄tutis
attractiue creſcit ꝑ accñtalē caliditatē vt pꝫ in apo
ſtematib⁹ ⁊ in fricationibus ⁊ in calefactorijs oib⁹
Colere aūt nālis gnātio nō ita cum multa maiori
menſura caloris tā nālis q̃ ꝑternām ſtabit attrac
tio fortis q̃ multe colere gnātio. Preterea i ydro
pe aſclite a caliditate epatis facta ē potētia ad at
trahendū aliter aquoſitas in epate nō generareṫ
⁊ nō ē potētia ad multā colerā gnāndaꝫ cū gnēṫ
aquoſitas citius igiṫ debilitatur v̄tus vt gnātiua
colere q̃ in attractiua. Puto igiṫ nō eſſe bñ d̄ter
minabile. vtꝝ ꝑ ſolū caliditatꝫ augmentū pl⁹ vna
iſtaꝝ opōnum intendaṫ aut remittatur q̃ alia licꝫ
tñ ſit veriſimile oppoſitū ꝑcedētis pōnis. ſꝫ pōt
ꝯtingere ex alijs cāis cum forti attractiōe ſtabit ꝯ
nō ita ꝓportionalis multe colere tranſmiſſio vt ſi
epar eſſet calidum ⁊ humidū ⁊ cum multa colere
generatione nō tanta ꝓportionobilr̄ attractio vt i
calido ⁊ ſicco. iteꝝ ex parte latitudis aut ſtricture
pori fellei poterit hec diſparitas ꝯtingere. ⁊ ideo
ſufficit ꝙ multa generata colera venter ſit lubric⁹
q̄ñꝫ vero nō ꝓportionabilr̄ ēt dici poſſet de ſtōi fri
giditate. 6⁹ notandū ꝙ tā in ſenectute q̃ i iuuē
tute contingit epar calidū plus colere tranſmitteṫ
ad inteſtina q̃ tpatū epar in eadē etate. pꝫ qꝛ. i oi
etate ꝯuenit inuenire epar calm̄ nō multū diſtās
a tpamēto. ⁊ ita multū de co. re⁹ tpati generans ⁊
ita ꝓportionabilr̄ dicaṫ de appetitu merito ſtōi fri
gidi. nā ex quo caninus appetitus pōt ēt in ſene
ꝑ fritatem ſtōi ꝯtingere. ſeqtur poſſe inueniri ſtōꝫ
ſenem magis merito fritatis appetentē q̃ tpatus
⁊ ēt pōt in tm̄ augeri frigiditas vt min⁹ appetat.

7⁹ no. ꝙ corpoꝝ lapſoꝝ a tpamēto plura inueni
unṫ ita modicū lapſa ⁊ merito lapſus nō deiciaṫ
actus ꝓprie v̄tutis q̃ extra. iſtud docet experiētia

Hijs habitis ſit iſta pria ꝯ°. nō quilibet habens
ventrē lubricū in iuuentute hꝫ illum ſtipticū in ſe
nectute alijs parib⁹. nec qlibet hēns ſtipticū in iu
uentute hꝫ lubricum in ſenectute. Cōcluſio ē gal
in cōmento q ꝯclōnē affōi dicit. nō in oibus verā
vt patebit ſtati. 2ª ꝯ°. nō vt plurimū venter in iu
uentute lubricus eſt in ſenectute ſtipticus r⁹ tpati
eiuſdē etatis. concluſio ꝑ³. diſcurrēdo ꝑ oēs cās.
nam q eſt lubricus ꝓpter debilitatē attractiue epis
remanet merito huius etiā lubricus in ſenectute
q vero eſt lubricus ꝓpter retentiue debilitatē tādē
in ſenectute fritate oio remittente remanet ēt lub
cus. Reſtat ergo d̄ alijs trib⁹ cāis videre ⁊ ꝑmo
de fritate ſtōi. Arguo ſic. vt plurimū frūs ſtomac⁹
eſt modicū diſtās a tpamēto. ⁊ talis in ſenectute
nō habēs deiectū appetitū imo intenſiorē tpamē
to ſene igiṫ vt plurimū venter lubric⁹ in iuuētute
iſta de cā remanet lubricus. Si vero dicam⁹ d̄ co
lere multe tranſmiſſione. patet ꝙ plurimū epar ca
lidum ē calm̄ ⁊ humidū ⁊ nō multū a tpamento
diſtans. talia aūt in ſenectute remanēt vt plus co
lere gnāntia q̃ tpatū epar ⁊ plus trāſmittiṫ vt di
ctum ē ſup̄. ſi vero virtus expulſiua ſit fortis ꝑp
caliditatē humiditati ꝯiunctā cōſtat ex cōmento
ꝙ reſpectu tpati ſenis adhuc rēanebit fortis. ⁊ ſic
plurib⁹ cāibus falſificaṫ cōcluſio q̃ verificatur in
ꝯparatione ad tpamentū intelligēdo ſtipticū ⁊ lu
bricū. 3ª ꝯ°. nō vṙ plurimū venter in iuuentute
ſtipticus ſit id ſenectute lubricus r⁹ tpati ſenis.

Hec ꝯcluſio eſt ēt manifeſtior ꝑcedente. nā ſi ē
ſtipticus ꝓpter fortitudinē attractiue epaṫ ꝯñtis ca
liditatē nō multū a temperato diſtantem in ſene
ctute remanebit ēt epar cū fortiori attractiua q̃ tē
peratus ſenex cū ꝑmaneat calm̄ r⁹ tpati. ſi vero
ſit ſcða cā. ſ. paucitas colere. pꝫ nō fieri ꝑmutatōꝫ
vt plurimū ex cōmento ſi ſit t̄tia remiſſio appetit⁹
ſtō remanente calo i ſenectute. adhuc appetitus ē
remiſſus r⁹ tpati ſenis. ſit quarta cā debilitaſ ex
pulſiue. pꝫ iſtā ēt in ſenectute remanere. ꝯſtat igi
vt plurimū in cōparatione ad tpamētum talē ven
trem fieri lubricū. 4ª cōcluſio vt plurimū vent
in iuuentute a tpamento diſtās ꝑ lubricum aut ſti
pticū eſt aptuſ in ſenectute remitti r⁹ eius ꝙ ſui
in iuuentute. Iſta ꝯ° ſit ꝑ mente gal. ⁊ hāc ꝓbāt
rōnes eius in cōmēto. ⁊ rō facta ꝑ affō. venṫ igi
lubricus in iuuētute in ſenectute vt plurimū ſit mi
nus lubricus ⁊ ita ſtipticus. nec plus ꝓbant rōes
ga. tpatus autē merito tpamēti in oibus membꝛ
ēt tēperatuſ manet tñ puto magiſ ſiccū fieri. vnde
nos videmus ſenes ſiccitatē vētriſ laborare vt ꝑ
Contra aṫ. qꝛ ga. intētio ſit ꝙ hec permutatō ſit
tpati ſenis. ex hijs q̄ dicunṫ in cōmento penultio
h⁹ particule vbi dicit. ꝙ hñtib⁹ ventrē lubricū iu
uentute ſenectus ē grauis qꝛ eis ſiccanṫ vētres in
ſenectute. ⁊ cōſtat ꝙ ſi nō fierēt ſicci r⁹ tpati ſꝫ ap
propiquarēt tēperamēto merito h⁹ ſenectus non
eſſet g̃uis imo leuior niſi ꝙ vult permutari ad con
trariū r⁹ tpati ſenis. Preterea tales hñtes vētrē
lubricū in iuuētute vt plurimū in ſenectute deteri
us habēt q̃ hñtes ventrē in iuuentute ſtipticū. vt
dṙ in affō. ergo oꝫ ꝙ in eis venter ſit ſiccior i iuuē
tute q̃ in habētibus ventrē ſtipticū in iuuentute
ꝙ fieri nō pōt niſi in altero vel in ābobus fiat per
mutatio ad cōtrariū r⁹ tpati ſenis. ꝯſtat igitur ga.
intelligere de cōparatiōe ad tpatū nō ad id quod
fuit in iuuentute. Preterea temperatus deberet
lubricari. ꝓbaṫ qꝛ ꝓpṫ ſtōi fritatem acquiſitā itē
ditur appetitus. aliter nō videreṫ q̄uo remiſſo ap
petitu ꝓpter caliditatē in iuuētute in ſenectute po
ſtea intendatur ⁊ attractiua epatis poſtea debilita
tur. igitur ſi in iuuentute ſufficit tantum attraheṙ
q̃tū ſtōus appetit in ſenectute ſufficiet minus at
trahere ⁊c. ⁊ ꝑ ꝯñs fiet venter lubricus. Multe
ſunt hic ſilēs difficultates quas ego nō volo ſoluē
nec mouere. ſꝫ vos cogitate. Ex hijs rñdeo ad ar
gumēta ꝑncipalia. ad ꝑᵐ ⁊ alia excepto t̄tio. pꝫ ꝙ
oſtendūt nō fieri ꝑmutationē in comparatōne ad

temperatum ⁊ hoc volunt concluſiones.tertiū au
tem argumētum ꝓbat veritatem abſolute.

**Potus indigentiam** Cō/
clu/
ſio quā itēdit ypo.in afforiſmo eſt iſta.vi
nū curat appetitū caninū.ꝓbatꝰ ſicvinū
debito mō exhibitū remouet ſufficientꝰ cām canini
appetitus ergo ⁊c. Aſſūptū ꝓbatꝰ in notatis ⁊ ↄ̄ſia
clara. Notādū igitꝰ p̄mo ſimilē ſniaʒ colligi iʒº
tertij caº de cura appetitus canini ⁊ nono almāſo
ris ⁊ ʒº breuiarij Serap. No.2º ꝙ hoc nomen
potus qn̄qʒ ſumitꝰ pro illa re fluida q̄ corpuſ nr̄uʒ
i certa debita menſura igrediens nō eſt apta cor/
pus notabiliter alterare nec apta i corpis ſubam
ↄuerti.Sʒ cibi ꝑmixtionē ⁊ penetrationē ſui fluxi
bilitate iuuare ⁊ iſte ē aqua ⁊ hoc mō ſumitꝰ potuſ
vt ↄ̄ cibū diſtinguitꝰ.2º mō ſumitur ꝓ oi fluxibili ʒº
mō pro vino.⁊ hoc mō ſumitur hic. Nota.ʒº ꝙ
hoc nomē idigentia ſumitur qn̄qʒ pro inanitione
quādoqʒ pro fame nāli.quādoqʒ ꝓ appetitu cani
no.⁊ hoc tertio modo ſumitur hic. Nota quar
to ꝙ licet fames diſtinguatur in famē nālē ⁊ non
nālem ſi preternām ꝓprie ſit illa ad quā cauſan/
dā ↄcurrit preternālis diſpō.tn̄ ſolent a doctoribꝰ
tres cōnotari ſpecies famis preternālis vna ē fa/
mes ſincopalis ⁊ eſt illa quā ē apta ſeq ſincopis.
Alia vocatꝰ fames vacina ſiue boliſmꝰ.⁊ iſta ē ōſe
cus appetitus ſtomaci cū vehementi mēbroꝝ de/
ſiderio ⁊ tertia eſt canina ⁊ eſt appetitus ita iten/
ſus vt in nullo in diuiduo ſpēi humane ita intenſꝰ
poſſit inueniri i diuiduo mere nāliter diſpoſito im
mo merito ſue itēſionis trāſcēdit ↄuenientiā ⁊ ꝓ
portionē ad hoiem nāliter diſpoſitū.⁊ ꝓpter hāc
cām hic appetitus vocatur coruptus nō qꝛ ſit ad
cibaria alia a cibis hoiuʒ ↄuenientibꝰ vt ad carbo
nes aut lutū.Et dr̄ caninus ꝓpter ſimilitudinē ↄ
appetitu canū q quaſi ſēper videntꝰ voraciter fa/
mere.Sumēdo aūt caninū appetitū hoc mō auic.
ponit plures cās.iʒ.tertij loco allegato.vna eſt for
tis mēbroꝝ attractio q̄ aut ē ꝓpter multā euacua
tionē p̄cedētē vt ꝑꝑ fortē diſſolutionē factā i mem/
bris multa mēbroꝝ caliditate.aut fit ꝓpter ↄtinuaʒ
corrugationē oris ſtomaci ⁊ ipreſſionē ſilem ipreſ
ſioni quā fecit hūor melicus hora famis nālis.Et
hoc accidit ꝓpter p̄n̄aʒ hūoris frigidi i ore ſtoma
ci ipſum corrugātis aut ꝓpter malā ↄplīonē frigi
dā ſtomaci.⁊ de iſto ꝓprie loqtur gal.in cōmēto ⁊
ypo.in affoº.nā qn̄qʒ ſūitur caninꝰ appetitꝰ nō ita
large ſʒ ꝓ appetitu itēſiori valde q̄ʒ correſpōdeat
attractioni mēbroꝝ ⁊ huiꝰ appetitꝰ canini cā nō ē
niſi ꝓpter p̄n̄am frigidi hūoris i ſtō mō dicto vel
frigiditas ſtomaci ⁊ hoc ſtricto mō verificatꝰ affori
ſmus ⁊ id qδ in cōmēto dr̄ ꝙ canini appetitꝰ cā eſt
ſemp frigiditas. Nō 5º ꝙ vinū debēs caninum
appetitū remouere nō ē vinū omne ſʒ vinū calidū
acutū potens ⁊ debet poſt vnctuoſa ⁊ actu calidū
exhiberi.nā illud vinū ſui caliditate ſubtiliat ⁊ diui/
dit illos hūores caninū appetitū facientes ⁊ ipſos
a ſtomaco ſepat ⁊ ſtomacū relaxat ſui hūiditate ⁊
hoc mō remouetꝰ cā canini appetitꝰ debet aūt eſſe
multe quātitatis vt i quātitate ſua ſupet mām oʒ
ḡ vinū curās caninū appetitū eē potēs vt ſit calīm
virtualiter ⁊ ēt actu vt magis humori ↄtrarietur
eſſe multū vt dn̄etur eſſe dulce vel acutū vt nō cor
rugat ſtomacum.

**Dicendo potum** ⁊c.Gal. in cō/
mēto facꝰ quat
tuor.p̄mo oñdit qd ꝑ potū itelligit ypo.2º qd ꝑ in
digentiā.tertio verificat afforiſmū. quarto remo/
uet vnā falſam expōnē.ibi fa. neqʒ tn̄ oēs cibi.ibi
tertia.caninū igitꝰ appetitū.ibi quarta q boliſmū
De prima dicit ꝙ dicēdo potū ypo.ↄſueuit intelli
gere vinū.Et hoc ꝓbat auctoritate ypo.i libro de
humana nā que ponitꝰ i cōmēto.De fa dicit ꝙ nō
itelligit hic per indigētiā qualʒ cibi ablationeʒ ne
qʒ famē nālē.ſʒ illā famē q̄ ē cū nimio ⁊ canio ap
petitu quē medici vocant appetitū caninū.quē ſo
lū vinū curat.nā famē ex nimio ieiunio vel nimia
corpis inanitione vinū nō ſoluit ſʒ maxime ipedit
ita famelicos ſi eis detur.⁊ ſi accipitꝰ ab eis ante ci
bū cito incurrūt aut ſpaſmū ipſo penetrāte in ner
uos oris ſtomaci.⁊ dolorē cauſante aut alienatio
nē mentis ipſo vino ad caput vaporante.pʒ igitur
ꝙ ꝑ indigētiā itelligat cāinū appetitū ⁊ nō omnē
famē. Caninū igitur. Uerificat afforiſmū. ⁊
diuiditur in tres ꝑtes.p̄mo oñdit qδ vinū ſoluit ca
ninū appetitū.⁊ qδ nō.2º docet quō ē adminiſtrā
dū.ad bene ſoluēdū ⁊ curādū caninū appetitū.ʒº
iſert verificationē afforiſmi.ibi fa. cibaria igitꝰ.ibi
tertia.hic ypo.itēdit.De prima dicit ꝙ multū co/
medere nō tollit caninū appetitū.ſʒ tn̄ vinū ipſuʒ
tollit.qꝛ calefacit ſtomachū ⁊ humores i eo exiſtē/
tes ſʒ vinū acerbuʒ nō ſoluit hunc appetitū quia
nō ē calidū.Ex quo ſeqꝰ ꝙ ad ſoluēduʒ hūc appe
titū oʒ dari vinū rufuʒ aut aureū aut rubeū quod
nō ſit accidū ſʒ ſupple dulce vel acutū quod cale/
faciat.De ſecōa dicit ꝙ p̄mo denꝰ cibaria vnctuo
ſa ⁊ pinguia que ſi nō hn̄tur naturaliter fiāt arti
ficialiter cuʒ ꝑmixtione.ſ.olei vel piguedinis ⁊ cū
iſta ſunt aſſumpta dentur ſupra dicta vina ꝙ ſi iſti
ſitire incipiāt bonum eſt ſignum. ſignificat eni ꝙ
calefit ſtomacus.De parte tertia dicit ꝙ hoc ē il/
lud quod ypo.itendit ⁊ bene qꝛ caninꝰ appetitus
eſt tātuʒ ex frigida ↄplīone ſtomaci aut frigidiſ hu
moribus ſe in ſtō inuiſcātibus.⁊ qꝛ dictuʒ vinum
eſt curamētū vtriuſqʒ iſtoꝝ.iō neceſſe eſt vt ſoluat
caninuʒ appetituʒ ab illis dependētē. Qui bo
liſmuʒ. Nunc iprobat vnā nō verā expōnē di
cens ꝙ illi q dicunt ypo.hic intēdiſſe ꝑ indigētiaʒ
boliſmuʒ duobus modis errant.p̄mo qꝛ illud qδ
hic ypo.dicit particulariter putāt ipſuʒ dicere vni
uerſaliter 2º qꝛ boliſmus fit ex ſola frigiditate exte
riori que in principio facit famē.⁊ in fine remittit
ita vt deficiat.hic tn̄ eſt difficultas.primo quare di
cit ꝙ iſti volunt ypo.dicere vniuerſaliter cum ipſe
dicat particulariter.nā nō videtꝰ vniuerſalior boli
ſmus q̄ʒ caninus appetitus.2º ex quo boliſmuſ fit
ab exteriori frigiditate videtur verum ꝙ vinū poſ

fet boliſmū curare ꝛ ſic iſti nō erunt in hoc erro/
nei.3° nō videt ꝙ boliſmus ex ſola ſiat frigiditate
exteriori cū aui.13°.tertij ca° de boliſmo dicat ꝙ qñ
qꝫ fit a cā interiori ꝛ a caliditate qñqꝫ. 4° videtur
caninus appetitus nō ſolū fiat a frigiditate ꝛ frig
humoribus vt dixit.gal in cōmēto. Ad primū
reſpondet thadeus dupliciter.pmo qꝛ littera ōbꝫ
dici cōuerſo mō.ſ.ꝙ iſti exponūt pticulariter ꝛ iſto
mō ſonat trāſlatio burgūdionis ꝛ eſt appetitꝰ ca
ninus vniuerſalior boliſmo.qꝛ in eo appetūt ſtō-
cus ꝛ mēbra in boliſmo nō ꝛ iſtā puto verā.2° ſol
uit quia boliſmus eſt vniuerſalior ꝙ̄ caninus ap-
petitus.nā boliſmus iuenit cū fame vt in ſui prin
cipio ꝛ ſine fame vt in fine ſꝫ caninus nō inuenit
niſi cū fame.ſed nulla iſtaꝝ videtur vera. nā licet
diceret vl'r vel particulariter nō videtur hoc mō
intelligendo pticulare ꝛ vniuerſale eſſe repreben
ſio expoſitiū.iō puto iſtos dixiſſe ypo. itēdere de
omni fame preternām cuꝫ frigiditate.ita vt cōpre
bendat̄ ēt boliſmus ꝛ iſto mō pꝫ ꝙ faciunt afforiſ
mū vliorē ꝙ̄ faciat gal.Et tunc ad ſm dicitur ꝙ
boliſmus fit ab exteriori frigiditate.ſed que tantū
mortificificauit ſtōaci virtutē ꝑpter eius nimiā itē
ſionē vt ſit oportunū nō cū ſolo vino curare imo
addere aromata vt dicit.13.tertij ꝛ ita apparet quō
vniūſalizatio iſtoꝝ facit expōnē eroneā qꝛ facit cre
dere ꝙ̄tūcunqꝫ eſſet intenſa friditas ſtomaci vinū
ipſum curaret. Ad tertiū dicitur ꝯcedendo ꝙ
nō ſolū fit boliſmus a frigiditate exteriori ita ꝙ nō
ab alio nec illud vult gal.Sꝫ vult gal.quod per ſo
lā actionē exteriorum frigoꝝ nō ꝯcurrēte alio ad
hoc pticulariter agente fit boliſmus hoc mō quia
cuꝫ illa frigiditas itendit̄ fit fames.ꝛ iō nō eſt bo
liſmus imo attinens canino appetitui.Sꝫ cum vl
timatur frigiditas facit boliſmuꝫ ꝛ tollit appetitū

Ad quartū dicendꝫ per diſtinctionē de cani
no appetitui poſita ſupra in afforiſmi expōne.

22

X plenitudine ꝛc. Ypo.i afforiſmo intē
dit tres ꝯcluſiones. ꝛ ſecundum hoc
afforiſmꝰ diuidit̄ i tres partes. ſecunda
ibi.ꝛ quecunqꝫ.tertia ibi.ꝛ alioꝝ.prima ꝯclo ē iſta
oēs egritudines fientes a repletione ſanabiles ſt
apte ſanari p euacuationē.ꝓbatur.oēs tales ſunt
apte ſanari per remotionē ſue cauſe.ſꝫ cā per eua
cuationē ē apta remoueri igit̄ ꝛc.totū aſſumptum
pꝫ in notatis. Circa ptē pmo notandum ꝙ du
plex eſt plenitudo.eſt eni plenitudo quo ad virtu
tē ꝛ plenitudo quo ad vaſa vt ſupra dictū eſt illo
afforiſmo vbicunqꝫ cibus.Et de vtraqꝫ intelligit̄
vtraqꝫ autē iſtaꝝ pōt eſſe aut in ambitu totius.aut
in determinato mēbro.aut intra venas aut extra
aut humoꝝ.aut ciboꝝ.aut potuuꝫ.aut ſuperfluita
tuꝫ ꝛ oi modo verificatur.Quid aūt ſit plenitudo
an humor replēs aut mēbri extenſio.vel aliud di-
ctum eſt ſupra illo afforiſmo.nō plenitudo ꝛc.

2° no.ꝙ egritudinuꝫ quedā dicunt̄ a medicis
fientes ꝛ quedā facte.ꝛ iteꝝ vtrunqꝫ iſtorum dici
tur duobus modis.vno enim mō dicitur egritudo
fiens qꝛ ſm ptē ꝓducta ꝛ ſm ptē ꝓducenda ſicut
de tpe ꝛ ſucceſſiuis dicimꝰ.2° mō dicit̄ fiens quia
ſpāli dependentia depēdēs i conſeruari a cā ſua ſi-
ue ipſa ſit tota ꝓducta ſiue nō verbig. caloꝛ febꝛiſ
actu iuentus in medio iſtāti paroxiſmi tertiana in il
lo iſtāti eſt fiens qꝛ a colera putrida ſpāli depēdē
tia dependēs ſꝫ nō ē ꝓ tūc fiēs mō pmo.ꝛ hoc 2°
mō dicitur hic de fiēte. facta ēt egritudo dicit̄ duo
bus modis.vno mō qꝛ totaliter i eſſe ꝓducta.ſcdo
mō qꝛ nō dependēs ſpeciali depēdētia ab aliqua
cā nō neceſſaria in eſſe in diuidui i quo eſt vel mē-
bri eius verificatur igitur afforiſmꝰ de fiente vt in
cōmēto patebit ꝛ nō de facta 2° mō.nā lꝫ repletio
feciſſet vnū morbū vt verbigra.Solutionē ꝯtinui-
tatis nō oꝫ per euacuationē talis repletiōis remo
ueri morbū 3° pncipaliter nota ꝙ euacuatio ſūi
tur cōiter pro omni eductione humoris a corpore
ſiue artifitialiter ſiue a nā.verbigra. fleubotomia
fluxu vētris vomitu ſudore euaporatiōe mēſtruis
emoꝛoydibus ꝛ oibus alijs modis qbus pōt res
replōnē faciens a corpe educi. 4° no.ꝙ hoc ver
bū ſanare dicitur de omni ope medici per qd pma
egritudo remouet̄ ꝛ ſanitas inducitur.ſiue p illd
opus imediate ſanitas iducat̄ ſiue nō.Et iſto mō
remotio cauſe morbi ad cuius remotionē tollitur
morbus dicit̄ ſanatō ꝛ curatio lꝫ nō ſit ipſa ſanita
tis iductio ſꝫ opatio p quā mediate ſanitas indu-
tur. 5° no.ꝙ lꝫ quelꝫ talis egritudo ſit apta per
euacuationē ſanari.nō tñ per quālibꝫ neqꝫ quōlꝫ
aut in quocūqꝫ tpe factā ſꝫ per aliquā p quā com-
modi mā illā egritudinē faciens educitur a corpe
ꝛ itelligat̄ de egritudinibꝰ pēdētibus a plenitudi-
ne humoris peccātis i quāto ſpāli aut in quali nō
reducibili ad benignū ꝛ de euacuatione a loco vbi
eſt plenitudo.nā ſi humor eſt ad benignū reduci-
bilis ſtat egritudinē p reductionē ad benignū ſa-
nari.ꝛ ita ſi in vno mēbro ſit plenitudo facteſ me-
bū ꝛ trāſpoſita mā ad aliud mēbrū nō educta mā
a corpore. Ultimo attēde ꝙ ad debite faciendā
euacuationē oꝫ primo cognoſcere ea que dicūtur
in cap.de qualiter.ꝛ qñ euacuari oꝫ.ꝛ regulas cō
munes ſolutioni ventris ꝛ vomitui ꝛ regulas fle-
botomie ꝛ oium iſtrumētoꝝ qbus fit euacuatio ꝛ
cū hoc pticulares ꝯſideratiōes ſꝫ pticularia egri
corpis ꝛ mēbri ꝛ modi egritudinis q̄ oia hic non
oꝫ dicere. Et quecūqꝫ. 2ª ꝯclo eſt iſta.omnes
egritudines pēdētes ab inanitione curabiles.ſūt
apte p replōnes curari.ꝓbat̄ qꝛ per replōnē ē ap-
ta tolli cā taliū egritudinū. Circa hāc ptē nota
ꝙ in cōcluſione pma dixi ꝙ plenitudo quedaꝫ eſt
quo ad vaſa quedā quo ad virtutē ꝛ cōiter illa di
ſtinctio intelligit̄ de plenitudine pternāꝫ. hic igit̄
per plenitudinē nō intelligimus aliquā de illis ſꝫ
reſumptionē per acqſitionē nālis humoris vel pe

Nō 2° ꝙ facilius eſt alijs pibus repleta corpa
euacuare ꝙ̄ extra euacuata replere ꝛ rō qꝛ in eua
cuatione nō eſt oportunū virtutē multum operari
ſꝫ in repletione de qua eſt ſermo oꝫ humoris vel
mēbri generationē fieri a virtute ꝛ hoc ſatis ē ſup

habitū pma pticula. Et alioꝝ. Cōcluſio tia
eſt iſta oium aliaꝝ egritudinū ſanatio eſt p ſuā cō
trarietatē.i.ſuū ꝯtrariū.pbaꝛ qꝛ oēs tales ſunt p
ſuū ꝯtrariū remouibiles itelligēdo ſemp de ſalu/
bribus ꝛ ſine dubio iſtud pōt dici quodāmō medi
cinale pncipiū ꝛ aſſūptū ad precedentes duas cō
cluſiones. Nō igiꝛ pmo ꝙ cōtrarietas dicitur
multis modis.nā qn̄qꝫ dicūtur ꝯtraria q̄ ſub eodē
genere poſita maxime a ſe inuicē diſtāt.Et in hoc
ſatis largo mō cōphēduntur alij ſtrictiores vt ha
bet notari in altiori ſciētia.ſ.4. methaphiſice qñ
qꝫ vero ꝯtrariū ſumiꝛ magis large apud medicuꝫ
pro oī eo qđ p ſe vel p accñs mediate vel imediate
eſt alteri⁹ remotiuū ſicut verbigra.ſcamonea calīa
exiſtens habet tñ ꝓprietatē per quā eſt colere eua
cuatiua ꝛ colera euacuata ſeqꝛ remotio tertiane q̄
a colera pēdebat.iō dicim⁹ hoc largo mō ſcamōeā
ꝯtrariari tertiane licet tā ſcamonea ſit calida ꝙ fe.
tertiana.ꝛ hoc mō ſumitur cōtrariū hic quō cōue/
niens dieta pōt dici ꝯtraria morbo q p ipſaꝫ remo
uet.Cū aūt auic.dixit 4⁹ primi.ſcias preterea ꝙ ō
ois egritudo ſuo medicaꝛ ꝯtrario ſed qn̄qꝫ multa
regimis bonitate itellexit de ꝯtrario ſtricte ꝛ ſm ō
nominationē. Cōcordia hui⁹ afforiſmi colligen
da eſt tertio tegni ꝛ 4⁹ primi ꝛ qnto terapentice.ꝛ
eſt vtilis vt patet.

**Si morbus** Gal.in commēto facit quattuor.pmo oſtēdit
de qbus morbis loquatur ypo.in ſa pte ex ponit
afforiſmū.in tertia ponit opinionē quādā falſam
circa māꝫ afforiſmi cū reprobatione.in 4⁹ reſpon
det cuidā rōni quorūdā ſophiſtaꝝ.ibi ſa.ꝙ ſi cau
ſa.ibi tertia.qdā tñ.ibi 4⁹.ſed tñ volo. De pma
dicit ꝙ ſi morbus factus ſit ex plenitudine ꝛ ceſſā
te plenitudine remanet qꝛ.ſ.iā erat factus idepen
dēs tūc de illo nō itēdit ypo.ſed ſolū itēdit ꝙ eua
cuatio facienda ē qñ nūdū ceſſauerit habundātia
.ſ.eſſe cā a qua morbus dependet nec in iſto ē am/
plius morādū ad oſtēdēdū hoc eſſe veꝝ qꝛ omnis
morbus ſuo ꝯtrario medicaꝛ ꝛ hoc ē ſepiſſime dic
tū ꝛ hoc oñdit tā mā morboꝝ ꝙ accidentia mor//
bis cōicāt ia.Cōtrariū aūt large ſumatuꝛ hic vt ſu
pra.Ex qbus ꝯcluditur ꝙ diſputatio iſtius afforiſ
mi nō eſt niſi de morbis ſequentibus ſuas cauſas
ꝛ q ad illaꝝ remotionē remoueꝛ. Quod ſi cā.
Uerificat afforiſmū exēplariter dicens ꝙ ſi cau
ſa morbi fuerit calor curatio.i.cā curatia ē frigidi
tas ꝛ ſi fuerit plenitudo ſeqꝛ ad curā euacuatio.ꝛ
ſi fuerit inanitio oꝫ corpus nutriri cibis facilis di/
geſtionis ꝛ multi nutrimenti ꝛ ita repleri corp⁹ ci
bo.i.per cibū. Quidā tñ. Ponit falſam opi/
nionē circa māꝫ afforiſmi dicens ꝙ qdā arbitranꝛ
ꝙ nullus eſt morb⁹ de inanitione ſed iſti per mor/
bū videnꝛ itelligere ſolū febrē.nā ſi intelligerent
p morbū oēꝫ diſpōnē preternāꝫ p ſe ledētē ꝛ ime/
diate opationes ipſi tūc nō dubitarent ꝙ nimia in
anitio ē cā morbi qꝛ videmus ꝙ fluxus ſanguinis
minus ſiue de menſtruis ſiue de emoroydibus ſi/
ue per flobotomiā nocet in multis operationibus
vt aliq inde fiāt ydropici debilitata digeſtia epatiſ
aliq patiūtur faſtidiū debilitata attractiua; aliqui
ēt nāliter calidi ad febres veniūt. Sꝫ tñ volo.
Reſpōdet inſtātie ſophiſtaꝝ ꝛ dicit quattuor.p
mū eſt ꝙ ipſe vult reſpondere ſophiſticis ſtātibus
ſemper in verbis qui hoc mod oarguunt contra
Ypocratem. euacuatio plenitudinis eſt remotio
cauſe morbi.Sꝫ remotio cauſe morbi.eſt preuiſio
nō ſanatio vel curatio.igitur nō bene dicit ypo.ſa
natio.2⁹ dicit ꝙ iſti arguūt ſolū de nominibus i q
bus ēt nō bene intelligūt.3⁹ dicit ꝙ ſi remouetur
cā morbi iā exiſtis ꝛ per illā morbus remouetur il
lud vocatur curamētū morbi ſi mā remouetur cā
factiua morbi que nondū fecit morbū illud vocaꝛ
puiſio ne futurus morbus accidat.ſꝫ ſi cā fecerit
morbū in pte ꝛ factura ſit tūc ē ibi ꝛ preuiſio ꝛ cu
ratio.Ex qbus pꝫ ꝙ remotio cauſe a qua depēdet
morbus exiſtens ꝛ ſanatio ꝛ curatio ꝛ ptinet ad p
tē medicine curatiuā.Dicit 4⁹ ꝙ iſtud ſit verū vt
pꝫ ex locutionibus auctoꝝ q in morſu rabidi caniſ
qn̄qꝫ dicunt curari morſum rabidi canis quādoqꝫ
dicūt preuidere ne rabioſitas accidat.Nā rⁿ mor
bi exiſtis cū cā remouetur dicimus curare ſed reſ/
pectu rabioſitatis que nō ſtatiꝫ eſt poſt morſuꝫ di
cimus preuidere ne accidat.

23

**Acute egritudines.** Con
clo af
a forismi eſt iſta acute egritudines indicā
tur in quattuordeci dieb⁹.i.cretice termi
nantur.pbaꝛ iſti ſunt continui ꝛ ordinati ꝛ fortis
motus ab eoꝝ principio ꝯtinue ꝓcedendo ſine re
miſſione notabili.ḡ termināꝛ cretice in.14.dieb⁹ aſ
ſūptū patebit ex deſcriptione egritudinis abſolu/
te acute.ꝛ ꝯña tenet qꝛ nā tales fortes ꝛ ꝯtinuos
ꝛ ordinatos mot⁹ tollerare nō pōt vltra dies.14.
vt notat expientia ꝛ i pmē⁹ diceꝛ. Circa afforiſ/
mū nota primo ꝙ dupl'r poſſum⁹ afforiſmū itelli/
gere vno mō ꝙ iſte acute egritudines terminanꝛ in
14.die alio mō qꝛ termināꝛ in.14 dieb⁹.qꝛ i aliquo
14.dieꝝ.ꝛ hoc 2⁹ mō intelligit ga.in ꝯmēto.nā ſtat
terminari acutū morbū in 7⁹. 2⁹ nō ꝙ inueniūꝛ
iſti termini morbus acutus ꝛ morbus cronicus vt
dictū ē ſupius affō quarto pme pticule nōbili ſep/
timo.tenues ꝛ certe diete ꝛ in qōne notabili 4⁹ 2⁹
articuli illius afforiſmi.acutoꝝ morboꝝ quō ab in
uicē differant.Sꝫ q dicunꝛ acuti ſunt diuerſorum
modoꝝ.qdā eni dicuntur abſolute acuti ꝛ iſti ſunt
q a pncipio habent motū fortē ꝛ cōtinuū ꝛ ſine ꝯ/
uerſione notabili ad debilitatē fortitudie certe mē
ſure cognite apud medicū ꝛ oꝫ iſtā fortitudinē eē
tātā vt neceſſario hoc mō ꝓcedendo in.14.diebus
vel paucioribus virtus coneꝛ ad mē expulſionem
ita vt notabiliter minoretur vel oīno morbus re/
moueatur aut ita vt ad peius notabiliter deuenia
tur aut moriatur.alij vero dicuntur acuti ꝯuerſiuꝛ
aut qꝛ nō tā fortē habent motū ꝯtinuum ſicut iſti
aut qꝛ licet habeant aliquādo ita fortē.tñ quando
qꝫ notabiliter debilitatur ꝛ ꝯuertitur ad remiſſiōꝫ
maiorē ꝛ iſtos non oꝫ in.14.diebus creticare ſēſuſ

igitur afforiſmꝰ eſt de acutis abſolute. 3° no. ꝙ iſtoꝝ qui ſunt abſolute acuti qdã dicunt acuti ſine additiõe ⁊ ſunt qui .14. terminãtur. qdã pacuti ⁊ ſunt qui in 7° vel poſt eũ ante .14 terminant. qdã dicunt ppacuti ⁊ ſunt q ante ſeptimũ terminant.

Nõ 4° ꝙ verificatõ afforiſmi nõ habet per cãz demõſtratiuã ſʒ p experientiã viſuʒ ẽ ꝙ tales morbi nunqꝫ trãſeũt diẽ .14m quin aliquomõ criſ veniat ⁊ cã eſt. qꝛ motus ẽ tã fortis quod nã eũ ampliori tẽpore tollerare nõ põt cũ cõtinuitate mõ dicto.

Quinto no. ꝙ cã quare aliqui morbi ſunt ita ꝯtinui in afflictione aut ẽ nã mẽ que eſt apta cõtie ĩ putredinẽ trãſire vt ſanguis aut vnitas mẽ aut locus vbi mã peccat ſicut accidit in cauſone võ in quo colerica mã intra venas cordi vicinas putreſit. Et iõ nõ habet manifeſtas exacerbationes eꝫ aũt cã cõuerſionis ab acuitate ad mollitiẽ eſt nã mẽ que eſt apta cũ itervallis morari ⁊ locus vbi peccat qꝛ nõ ſit ita fortis caloris vicina. vt ab ope ſuo ipediat ãt mẽ difformitas. 6° ꝙ mã fac morbũ acutũ vt ſup̃ dicit aut pp mẽ multitudinẽ aut pp qualitatẽ manifeſtã. aut pp locũ. aut ꝑpter malignitatẽ occultã. aut ꝑpter plura iſtoꝝ ⁊ quocũqꝫ mõ ſit verificat afforiſmꝰ. Cõcordia võ colligitur 2° creticoꝝ. io. ca° ⁊ 4° almanſoris ca° de cognoſcẽdis tpibus febris. ⁊ ẽ afforiſmus vtilis vt pꝫ.

**Acute egritudines** Iſtud cõmẽtũ diuiditur in tres ptes. in p̃ma gal. exponit afforiſmũ. ĩ ſa remouet dubitationes quedã inferendo. in 3° reuertitur ad verificandũ afforiſmũ. ibi 2a. alñ enim ibi tertia. Sʒ ipſa veritas. In p̃ma pte dicit quiqꝫ p̃mũ ꝙ acute egritudies ſũt magne ⁊ veloces motus ⁊ neceſſe ẽ vt cito veniant ad ſtatũ ⁊ maxime moueatur morbꝰ motu qui motꝰ dicitur criſis ⁊ iõ neceſſe ẽ vt cretice terminent. Scdõʒ eſt ꝙ ille creticus motus eſt quattuor modis. aut ſubito ad ſanitatẽ cõplete. aut qꝛ ſubito infirmus moriatur. aut qꝛ mouetur ad ſalutẽ icõplete. aut qꝛ mouetur ad mortẽ icõplete. Dicit tertio ꝙ iſte motus eſt quartanarius. i. quattuor modis vt dictũ eſt quodꝰ pꝫ ex auctoritate ypo. ĩ prima epydimiaꝝ pticula vbi dixit quod iſte motus aut eſt ad mortẽ aut ad vitã aut ad melius aut ad peius. Dicit 4° ꝙ neceſſe eſt talẽ motuʒ ꝯtingere in iſtis egritudinibꝰ pp piculoſitatẽ ſuoꝝ accidentiũ ꝑpter quã aut vincit virtus ⁊ ſubito moritur ifirmus. aut virtus mouetur ad expellẽdũ mãm morbi in qbus expellẽdis ſi virtus preualet fit bona ⁊ laudabilis criſ. ſi vero vincit fit criſis peſſima ⁊ mortalis. Et iõ criſ in morbis acutis nõ per multũ tẽpus moratur cum veniat. Dicit qnto ꝙ iſtis morbis abſolute acutis mõ infra limitando ypo. limitauit duas ebdomodas quas egritudo acuta nõ ptrãſit qñ criſis aliqua de dictis ſequatur. Ex quibus appet qđ licet ĩ genere ſit aſſignata cã quare criſis cito venit ſpecialiter tamẽ quare in duabus ſeptimanis non eſt aſſignata. Alñ criſis. Nũc remouet duo dubia qdã iferẽdo ⁊ diuidit in duo. p° remouet duaſ dubitationes 2° infert duo correlaria. ſa ibi. morbus igit. De p̃ma dicit duo p̃mũ ẽ. Si qs querat vtꝫ morbi acuti ante .14m. diẽ terminent. reſpõdet ꝙ ſic qꝛ alñ terminatur talis morbus in 11° alñ i .14° aliquãdo in 7° alñ in qnto alñ in ſexto. Sʒ ẽ vt plimũ in ea criſis mala ſicut ẽ dictũ in libro de criſi. ſʒ ille qui vult ypo. dicta intelligere oʒ vt in libris eiꝰ ſe exerceat. Dicit 2° ꝙ ſi criſ accidat hijs morbis incõpleta in die .14. ⁊ nõ cõpletur ad aliquam ptẽ. tũc iſtoꝝ morboꝝ criſis cõplebitur in aliquo tpe determinato quod tẽpus nõ trãſit .14m. diem

Morbus igitur. Hic infert duo correlaria ⁊ diuiditur in duas ptes. ſa ibi. nõ igitur taliter. De p̃ma pte dicit ꝙ morbos qui cõplete per criſim in 14m diebus terminantur vocat abſolute acutos ⁊ morbos qui nõ cõplete terminãtur in illis. ſed poſtea eoꝝ criſis cõpletur ãte .xl. dies vocat ipſe acutos nõ abſolute cũ quadã determinatione. Nam dicunt acuti tropici vel cõuerſiui ⁊ hoc ꝯfirmat ex mõ loquendi ypo. in epydi. ⁊ in ꝑnoſticis. ſed hic ypo loqtur de abſolute acutis qui in .14. diebus terminãtur. Non igitur. Hic infert correlariuʒ 2m ⁊ ẽ ꝙ ypo. nõ intellexit hic vt qdã dicũt ꝙ acute egritudines terminãtur in .14. diebus. i. in .14. creticis diebus qꝛ ſi ita eſſet tũc qꝛ idẽ ypo. in pronoſticis dixit ꝙ terminꝰ acutoꝝ eſt in .40. diebus tunc deberemus intelligere in .40. diebus creticis ⁊ ſic morbi acuti trãſirent valde diẽ .40. quod eſt falſum. Et iſti q viderũt eũdẽ dicere hic in .14. diebus iudicant acuti morbi ⁊ in ꝑnoſticis dicere in .lx. non potentes ſuis intellectibus comprehendẽ hanc varietateʒ inciderũt in hanc prodigioſaʒ ſuſpitionẽ. Sʒ hec ꝯtradictio tollitur per diſtinctioʒ acutoꝝ abſolute ⁊ non abſolute. Sʒ ipſa veritas hic reuertitur ad afforiſmũ verificãdũ ⁊ diuiditur in quattuor ptes. p̃mo verificat afforiſmũ p expientiã. 2° remouet dubiũ. 3° infert ex dictis correlariũ 4° cõcludit circa veritatẽ afforiſmi. ibi ſa. alñ autẽ ibi tertia. morbus igitur illi. ibi quarta. Si igitur aliquis. De p̃ma dicit ꝙ ipſa veritas teſtatur nullũ eſſe morbũ ab initio acuti ⁊ continui ⁊ ordinati motus qui diẽ .14m trãſeat qn veniat criſ aliquo p̃moꝝ modoꝝ quattuor qꝛ in iſtis venit cõplete vt eſt dictũ ſupra. De ſa pte dicit remouendo dubiũ ꝙ aliqui ſunt morbi qui nõ ſunt ab ipſo initio acuti ſed molles. ſed in quarto icipiunt eſſe acuti ⁊ ita perſeuerant ⁊ iſti terminantur in 17. Si vero incipiunt in acutie in ſeptima ⁊ perſeuerant continue ⁊ ordinate ad .20. ꝑtendũtur. ſed illi qui ab initio ſunt acuti ⁊ ordinati ⁊ continui motus non trãſgrediunt .14. diẽ. De tertia infert ex dictis ꝙ inter morbos acutos ſolũ illi terminant a .14° die vſqꝫ in aliũ poſterius venientẽ qui habent diuerſos ⁊ inordinatos motus intelligendo per motus diuerſos ⁊ inordinatos qui quãdoqꝫ ꝯfortantur quãdoqꝫ debilitantur ⁊ huius cã dicta eſt ſupra in afforiſmo. De quarta cõcludit ⁊ patet.

**Eptimam quarta** iudicat ypo.

afforiſmo intendit quattuor concluſiones ⁊ ſecū/
dū hoc diuiditur in qnattuor ptes.ſa ibi.alterius
vero.tertia ibi.cōtēplaria aūt.quarta ibi.cōtēpla/
ria rurſus. Cōcluſio prima eſt iſta dies. quarta
eſt indicatiua ſeptime.ꝓbatur per ea que appent
in quarta.medic⁹ pōt iudicare vt plurimū de criſi
futura vel nō futura in.7.ergo ⁊c.ↄſequentia ⁊ an
tecedens patebunt ex dicendis. Circa hanc cō/
cluſionē nota ꝑmo ꝙ dies cretica apud medicine
auctores dicit dies in qua eſt apta multotiēs eue
nire criſis.dies aūt indicatiua ſiue cōtēplaria ſiue
manifeſtiua eſt dies in qua ſolent indicare egrotā
tes ſigna ꝓtendentie criſim futurā vel nō futurā
in die cretica ⁊ illius diei dicitur indicatiua in qua
ſignificat diſpoſitio in ea apparens futurā vel nō
futurā eſſe criſim.ſꝫ dierꝫ creticoꝫ quidā dicuntur
eſſe cretici radicales ⁊ qdā cretici per interceden
tiā.Creticā aūt radicalē deſcribūt qdā quod ē illa
dies in qua vt plurimū ſolet euenire pfecta ſꝫ hoc
mō deſcribendo nulla poſt.14.ᵐ.eēt cretica radica
lis cū in nulla ſequente vt plurimū ſolent hic fie/
ri.p diē aūt creticā radicalē intelligimus diē creti
cā que magis eſt cretica quā aliqua precedens vl'
ſequens in ſua ſeptimana vel per ſeptimanā vnā
incluſiue verbigra.ſeptima eſt cretica radicalis qꝛ
nulla precedens vel in ſeptimana cui⁹ ipſa ē pars
ſequens eſt magis cretica ⁊ ita.14.⁊.xx.ſed quar/
ta nō ē cretica radicalis qꝛ aliqua ſecū cōicans ē
ſeptimana eſt magis cretica vel ſi hoc nō ſtat pp
.xx.reſpectu.14.dicas illā eſſe creticā radicalē que
eſt cretica nec tamen aliqua ſibi p medietatē ſepti
mane vicina ante vel poſt eſt eque cū illa cretica
dies aūt cretica per intercidentiā eſt dies cretica
nō radicaliſ idicatiua nec cretica radicalis.indica
tiua aūt radicalis eſt illa que principaliter reſpe/
ctu alicuius cretice radicalis eſt indicatiua.⁊ hoc
mō vult ypo.quartā eſſe indicatiuā.7ᵉ ⁊ licet cre/
tice radicales qñqꝫ ſint aliaꝫ indicatiue non tamē
principaliter.⁊ iō nō dicuntur abſolute indicatiue

2ᵒ principaliter no.ꝙ licet virtus ⁊ mē diſpoſi
tio ⁊ celeſtis aſpectus concurrāt ad criſim facien
dā in die cretica.tamen nō oꝫ ſemp ſpālē aſpectū
celeſtē morbi confortatiuū aut virtutis concurre/
re ad criſim cū aliquādo fiat criſis in die non di/
gna dici cretica vt pōt colligi ꝑmo de creticis ex
gal.Sꝫ qꝛ in qbuſdā diebus pluries ⁊ multotienſ
valde accidit criſis in qbuſdā tā antecedētibus ꝙ̄
ſequentibus hoc nō accidit niſi raro hui⁹ diuerſi
tatis cauſa nō pōt reduci ad virtutē infirmi ⁊ diſ/
poſitionē mē imo oꝫ quod hec ordiata diuerſitas
ſumatur a ſupceleſti aſpectu in genere incitatiuo
virtutis cōtra mām morbi aut ecōtra qui ſuper ce
leſtis vel ſibi ſimilis redit ordinate.⁊ iō nō obſtan
te aliaꝫ rerū varietate eſt cā quare in tali die ſepe
accidit criſis. Nō 3ᵒ ꝙ licet alij planete ⁊ alie
ſtelle multū iprimāt in iſta inferiora tamē inter oēſ
maxime percipimus variare diſpōnē iſtoꝫ inferio
rū ſm motū lune.⁊ iō maxime ſm motū iſtorum
plāetaꝫ accidit quod aliqua dies ſit cretica ⁊ hoc
ſumitur a gal.3ᵒ de creticis per multa exēpla que
longū eſſet ponere. 4ᵒ nō ꝙ mē acute velocis
motus plurimū ex motu lune recipiunt varietatē
⁊ qꝛ modicū reſiſtūt trāſmutationi ⁊ qa ſunt citi
motus.iō lune magis ꝓportionātur in ſuis mani
feſtis trāſmutationibus ꝙ̄ ſoli qꝛ luna eſt ēt mot⁹
velocioris ꝙ̄ ſol ⁊ minoris vigoris.ſꝫ mē tardi mo/
tus qꝛ multū cū hoc ſunt reſiſtentes trāſmutatio/
ni pp vtrāqꝫ cām magis in ſuis manifeſtis tranſ/
mutationibus ſequunt motū ⁊ aſpectus ſolares.
Et iō in morbis acutis dieſ cretici maxime cōpu/
tātur ſꝫ lune aſpectū.In cronicis aūt magis mo
tum ſolis ſequūtur. Quinto notādū ꝙ aſpe/
ctus lune de qbus cōſideramus ad cognoſcēdos
dies creticos ſunt aſpectus ad illū gradū zodiaci
in quo luna inuenitur hora inuaſionis a morbo ⁊
qdā eoꝫ ſunt cōfortātes aſpectū inimicicie q̄ ē nē
ad morbū aut ecōtra.ad qdē aūt ſunt corroboran
tes amiciciā ⁊ cōueniētiā reꝫ amicaꝫ nē primi ſūt
quaternus oppōnis.Nā cū luna diſtat p quartā
ptē zodiaci a loco vbi erat qñ egritudo incepit.tūc
eſt aſpectus quaternus.qñ vero eſt diſtās p medie
tatē ē aſpectus oppōis.qñ vo trāſiuit tres quartaſ
zodyaci redit ad aſpectū quaternū. Et iō ſi i pri
cipio morbi luna fuerit in loco fortunato egroti
aut cōiuncta cū aliqua fortunaꝫ celi puta venere
aut ioue aut aliquo benigno aſpectu ꝓſpiciatur
ab illis acceſſite luna ad oppōnē accedit ad quadra
turā quod ē qñ media vigoratur in inimicicia vir
tutis ad morbū cū augmēto virtutis nē ⁊ ſequun
tur motus ad bonū ⁊ cōit egritudo ē bone termia
tiōis vt dicit Ga.3ᵒ de creticis.Si vero fuerit ecō
tra in illis diebus mouetur ad malū ⁊ fit morbuſ
quartū eſt merito iſtius male terminatiōis.⁊ i iſtiſ
diebus cōfortata inimicicia fit pugna fortis ⁊ meri
to iſtius in iſtis maxime fit criſis.dies aūt iſti ſunt
vt oſtēdā 7.14.20.licet nō integre ⁊ pcipue.cū aūt
redit ad eūdē pūctū ⁊ inimicicia cōfortatur.ſi fit
pugna.⁊ ē.27.ſi ita p quartas circuli ꝓcedēdo vſ
qꝫ ad diē.40ᵐ.⁊ iſti dicuntur i morbis acutis cre
tici radicales.Sed quando luna tranſiuit medie/
tatem quarte circuli merito iſtius etiam inimicicia
confortatur.ſed non tantum quātum in fine quar
te partis.Et ideo in medio quadre cōtingunt mo
tus ſi agitationes in pugna ſine complemento vi
ctorie cōmuniter.Sed indicant id quod futurum
eſt in complemento quadrature.dieſ autem iſti in
quibus luna inuenitur i medio quadre ſunt quar
tus vndecimus ⁊.17.anteꝙ̄ veniat.20.⁊ alij poſt
ipſum ſecundum hunc ordinem.quia igitur luna
exñte in medio quadro eſt aſpect⁹ confortatiuus
inimicicie ſed impfecte.ideo accidit pugna vt plu
rimum ſine complemento victorie.ſed talis que
declarat futuram victoriam alterius partis in fi/
ne illius quadre quando fortius pugna excitabi/
tur.Et ideo iſti dies dicuntur indicatiui ⁊ hoc mo
do verificatur aſſumptum in probatione cōcluſio
nis afforiſmi poſiti.ſ.ꝙ per ea que in quarta appa
rent medicus poteſt iudicare de futura criſi vel ſi

futura in ſeptima.Sunt autem alij duo aſpectus quorum vnus eſt trinus ⁊ alius eſt ſextilis ⁊ iſti ſunt confortantes amiciciam.Et ideo corroborantes virtuteſ pro confortatõne amicicie ⁊ conformitates inter ipſam ⁊ ſua inſtrumẽta.Eſt autẽ aſpectus ſextilis quando diſtat luna a loco primo per duo ſigna que ſunt ſexta pars circuli ⁊ tũc ẽ trin⁹ qñ diſtat p.4.ſigna q̃ ſſt 3ª. ps circuli ⁊ contingit ꝙ in diebus in quibus iſto modo confortatur virtus fiat criſis ſed hoc eſt raro quia in criſi requiritur fortis pugna.Et ideo dies in quibus merito iſtorum aſpectuum fit criſis nec dicuntur cretici radicales nec indicatiui principales ſ3 cretici per intercidentiam ſicut.verbi gratia nonus ⁊ qnt⁹.

Sexto nõ ꝙ q̃doq3 ſine confortatione inimicicie inter morbum ⁊ virtutẽ ⁊ ſine ſpeciali aſpectu confortante virtutem quandoq3 fit criſis.q2 materia in die potiſimi mouetur ⁊ virtutem ſtimulat ⁊ contingit ꝙ ſtimulatio eſt tanta ꝙ virtus nõ expectat diem adiutorij ſed conatur ad materia3 expellendã ⁊ expellit.⁊ dies in quibus hoc mõ accidit criſis dicuntur crẽtici per intercidentiã ⁊ p impulſionem q2 virtus impellitur ad illud faciendũ ab acuitate morbi.quãdoq3 ãt fit hoc.q2 materia eſt digeſta ⁊ pata expulſioni.Et ideo leui bello expelli poteſt virtus igitur naturalis membroru3 ñ expectans adiutorium materiã expellit ⁊ iſti dicũtur cretici per accõmodationẽ.q2 mã accõmodat ſe ṽtuti vt vincatur ⁊ tales criſes in omni die contingere poſſunt.vt poteſt colligi ex dictis p̃mo creticorum.de quibus diebus non propter hoc dicendu3 eſt quod ſunt cretici. Septimo nota ꝙ quatuor aſpectuum ſupra nominatoꝝ.quidam dicuntur vere amicicia vt aſpectus trinus.quidã medie amicicie vt ſextilis.ſimiliter quidã ṽe inimicicie vt oppoĩs.quidam medie inimicicie vt quadratuſ.qdam autẽ incoacte inimicicie vt in medio quadrature.⁊ ſecundum horum varietatem merito ſup celeſtium variantur virtutes dierum in criſi in genere licet diſpõ mẽꝝ aptarum creticare etiam multum faciat vt dicam. Octauo nõ ꝙ non tantu3 merito iſtorum aſpectuum confortatur virtus ſed multa ſunt alia que ſũt acceſſus lune ad planetã benignum vt venerem aut iouem in aſpectu beniuolo aut eius coniũctio cum fortuna pacientis ⁊ multa alia que magis pertinent vltra iſta generalia ad aſtrologos.Na3 variantur ſecũdũ variatõnem natiuitatis egrorum.Et hoc iam eſt nimis lõge a propoſito.q2 ſecundum tales criſes merito illorum contingentes non dicuntur dies cretici vt dictu3 eſt.hec igitur nobis ſufficiant ad cognoſcẽdum qui dicuntur contra dies cretici quia dies in quibus multotiẽs accidit criſis.⁊ ſũt tertius quãtus quintus ſextus ſeptimus octau⁹ nonus vndecimus.13.14.15.17.18.⁊.20.vſq3 ad prias tres ſeptimanas.octauus autem ⁊ decimus ⁊ duodecimus ⁊ decimuſſextus.⁊ decimuſnonus non ſunt cretici licet in eis poſſit criſis accidere.ſed de ſexto qui ſupra nominatus eſt non vult ga.ꝙ abſoluto vocabulo dicatur creticus nec abſolute dicatur nõ creticus.ſed creticus ad malum ⁊ ita eſt in medio inter primum ordinem nunc dictum ⁊ ſecundu3 ordinem ⁊ hoc colligitur primo creticorum a galieno. 2º.ſcimus qui ſunt cretici radicales ⁊ ſũt illi qui ſe inuicem conſequũtur pro ſeptimo a principio egritudinis ⁊ qui ſunt indicatiui principales ſiue radicales ⁊ ſunt illi qui ſunt i medio ſeptimanarum ⁊ h̃ vſq3 ad 40m.Nam poſt illum diẽ vnus de vigeſimo in vigeſimum vſq3 ad octauu3.⁊ poſtea per.40.vſq3 ad.120.poſterius autem per menſes ⁊ annos ⁊ hoꝝ aſſignata eſt cauſa ⁊ quare dies cretici intercidentes dicanſ intercidenteſ ⁊ quibus cauſis tam ſuperioribus q̃3 inferioribuſ poteſt criſ contingere in omni die ⁊ quõ ab alijs cauſis non dicuntur dies cretici.quia ille nõ plus in certo numero a principio egritudinus contingunt q̃3 in alio. Alterius vero ebdomade. 2ª cõcluſſio ẽiſta ẽ octaua dies ẽ principiu3 2e.ebdomade.probatur quia octaua exiſtente principio 2e.ebdomade.14.erit cretica radicalis. Sed ſi ſeptima poneretur principium.2e.ebdomade cretica eſſet 13.cum cretice radicales ſequantur ſe inuicem p ſeptimanas.Sed modo ita eſt ꝙ.14.eſt cretica radicalis non.13us.igitur octaua erit principium.2e.ebdomade.Totum aſſumptum declarabitur cum conſequentijs ſtatim. Circa iſtam concluſionẽ nota ꝙ computatio dierũ ſ3 medicos eſt recta numeratio ſecundum quam cretice radicales ſunt i finibus ſeptimanarum ⁊ indicatiue in medio ſ3 in quarta die ebdomade.Nunc aute3 quia in.xx. diebus ſunt tres dies cretice radicales.ſ.7.14.⁊ 20.ad faciendum.14.fine3.2e ebdomade eſt oportunum.ꝙ prima dies computata in ea ſit octaua vt patet numeranti.ſed ſi.20.debet eſſe cretica radical'⁊ per conſequẽs finis 3e ebdomade ẽ oportunum ꝙ.14.ſit principium 3e ſeptimane ⁊ finis 2e ⁊ ita 3ª.⁊ 2ª. communicant in vna die ſed non ſic p̃ma ⁊ ſcõa ymo.ſunt ſepate.⁊ hoc eſt ꝙ dicit Ga.in comento cuius cauſam ſtatim dicam.

Nota 2º.ꝙ iſta cognitio creticorum dierum radicalium hbita eſt per experientia3 longi temporis in qua antiqui doctores obſeruauerũt modos terminationis egritudinũ ⁊ dies ⁊ oportet auctoritati ypo.⁊ Ga.credere ꝙ dies.20.ſit cretica radicalis pluſq̃3 21.⁊.14.pluſq̃.13. Nota 3º ꝙ h̃ experientia debet in iſtis infirmis obſeruari.ſuppoſito ꝙ non ſit error in regimine infirmi. Na3 per iſtum errorem contingit variari valde creticos dies ⁊ oſtenditur primo de criſi a Gal.

Dubitatur.vtrum vigeſima dies ſit cretica d radicalis. Arguitur affirmatiue ex Galieno tertio creticorum ⁊ ypo.tertio pronoſticorum.⁊ virtualiter hic ⁊ Auic.ſecundo quãti.ſecundo ſic.in.20.die complentur ⁊ finiuntur tres ſeptimane ſed in fine trium ſeptimanarum ẽ dies cretica vt conſentiunt omnes igitur. Aſſumptum probatur.quia tres ſeptimane finiuntur cum luna complet tres quartas temporis in quo

influit tranſmutando.hoc autem tempus eſt ma
xime tempus apparitionis cuius tres quarte com
plentur in.20.diebus minus tribus horis vt pate
bit infra ergo ⁊c̃. In oppoſitum eſt aſtrologorum
mens.vnde.Tholomeus i centiloquiovidetur ſen
tire vigeſimā ꝑmā eē creticā ⁊ non vigeſimam ⁊
comentator centiloquij dixit.Medicus ponit.21.
fore creticam ⁊ non.20.confirmatur dies in qua
completur tranſitus trium quartarum circuli eſt
magis cretica q̃ꝫ in qua non completur.alicuius
quartarum tranſitus.Sed hec dies eſt.21.ſiue cō
putetur modo Galieni ſiue aliter ergo ⁊c̃.Ma/
ior eſt clara quia in die illa eſt cōfortata inimicicia
virtutis contra morbum propter aſpectum vt pa/
tet ex notatis.minor autem patet quia computan/
do ſecundum viam Galieni tres ſeptimane com/
plentur in viginti diebus ⁊ quatuor horis cum di
midia vt ſtatim patebit. In iſto dubio primo nar
rabo poſitionem Galieni ſecundo rationes cōtra
eam.tertio ponam poſitionem conciliatoris.

Quātum ad primum notandum.primo ꝙ licꝫ
in qualibet die poſſit eſſe criſ tamen inueniuntur
quidam dies in certo numero computati a princi
pio egritudinis in quibus multotiens accidit criſ
bona ⁊ laudabilis vt ſeptimus ⁊.14.quidam in q
bus aut nunq̃ꝫ accidit aut raro ſicut.12.⁊.19.de q
bus dicit Galienus ſe nunq̃ꝫ vidiſſe criſiꝫ. No
tandum 2°.ꝙ hec varietas durās ⁊ ſeruans vnū
ordinem non videtur poſſe reduci in cauſam niſi
in motum aliquem ſupercelestem illi enim ſunt
ordini vni adherentes. Tertio nō ꝙ inter ſup
celeſtes motus maxime ſecundum varietateꝫ mo
tus ſolis ⁊ lune videntur fieri varietates in humi
ditatibus iſtorum inferiorum ⁊ precipue quantuꝫ
ad humiditatem valde mobilem ex motu lune vt
oſtendunt fluxuſ et refluxus maris ⁊ augmentuꝫ
humiditatis creſcente luna in luie. ⁊ econtra de
crementum.Ex quibus videtur velle Galienus
ꝙ cauſa dierum creticorum ⁊ precipue vſq̃ꝫ ad.xl.
ſumēda eſt ex motu lune Quarto nō.ꝙ ſecunduꝫ
galienum eſt ſupponendum ꝙ ea que ab ypo.ꝑ
experientiam ſunt inuenta ⁊ ipſe ſe teſtatur inue/
niſſe ꝙ dies.14.eſt cretica magis q̃ꝫ.13.⁊.20.ma
gis q̃ꝫ.21.Ex hijs apparet ꝙ ſi procedimus ad cre
ticos dies per fines ſeptimanarum ꝙ eſt impoſſi/
bile ſeptimanam medicinalem eſſe completam ca
piendo adequate certum numerum dierum natu
ralium ſicut expreſſe dicit ypo.tertio pronoſtico/
rum ad principium. Nota quinto ꝙ criſ nō vi
detur magis accidere notabiliter ex motu lune ni
ſi ſecundum quartas menſis aut medietateꝫ quā
tarum.Et ideo oportet videre quis eſt menſ ſecū
dum cuius quartas iſte contingunt criſes. No
ta ſexto ꝙ triplex inuenitur menſis ſimplex.ſ.mē/
ſis coniunctionis ⁊ eſt tempus interceptum inter
vnam lune coniunctionem cum ſole ⁊ aliam.ſecū
dus menſ eſt pagrationis ⁊ eſt tempus menſans
motum lune in ſuo deferente de ſcribendo totum
zodiacum incipiendo ab aliquo puncto quouſq̃ꝫ
ad eundem punctum redeat.⁊ dicitur etiam iſte
menſ proprie impreſſionis.tertius eſt menſis ap/
paritionis in quo luna lumine recepto nobis ap
paret.⁊ iſte vocatur menſis cōmunis impreſſioniſ
primus autem menſis eſt.29.dierum cū dimidio.
Et ideo cretici dies non debent eſſe ſecundum fi
nes quartarum huius menſ. Nam tunc.4.ª pars
menſis eſſet ſeptima dies ⁊ nouem hore. E ſic
due quarte.14.dies ⁊.18.hore ⁊.15.dies eſſet plus
cretica q̃ꝫ.14.cuius oppoſitum notat experientia
⁊ finis ſeptimane tertie eſſet in.22.die tribus ho
ris poſt inicium eius.⁊ ſic.20.non eſſet cretica.ſe
cundus autem menſ pagrationis eſt.27.dieruꝫ ⁊
octo horarum.4.igitur pars huius menſ eſſet ſep
tem dies minus quatuor horis vt patet computā
ti.Et ideo tres quarte huius menſ vel tres ſeptia
ne complentur in.20.diebus cum dimidio ⁊ ꝑ cō
ſequens.21.dies haberet tantum de cretico quan
tum.xx. ⁊ cum hoc.21.eſſet ita cretica ſicut.20.
quod eſt falſum.tertius autem menſis appitioniſ
eſt tantum.26.dierum cum dimidio.quia deficit
a menſe coniunctionali per tres dies. Nam luna
ocultatur tribus diebus in coniunctione iſtius au
tem menſ quarta eſt.6.dies ⁊ hore.15.⁊ ſic due
ſeptimane comprehenderent dies.13.⁊ horas ſex.
Ex quo ſequitur ꝙ de die terminante ſecundam
ſeptimanam plus capet.13.q̃ꝫ.14.Et ideo eēt ma
gis creticus q̃ꝫ.14.quod eſt falſum.nullus igitur
iſtorum menſium eſt talis ꝙ ſecūdū eius diuiſiōiſ
per quadras ſequatur motus creticus dictus igit̃
galienus ymaginatus eſt menſem medicinalem
ꝯpoſitum ex menſe pagrationis ⁊ menſe appitio
nis quia conſtans ex illorum medietatibus ⁊ fit
hoc modo.quia coniungamus illos duos menſes
⁊ quia vnus eſt.27.dies ⁊ octo hore.Alter eſt.26.
dies cum dimidio.fient i toto.53.dies.⁊ viginti ho
re.Capiatur igitur huius medietas ⁊ illa ē menſ
medicinalis continens.26.dies ⁊.22.horas huiuſ
menſis.4.pars eſt ſex dies ⁊.17.hore cuꝫ dimidia
agregando autem tres tales quartas habemus
20.dies ⁊ quatuor horas cum dimidia ⁊ ita.20.di
es multo plus habet de cretico q̃ꝫ.21.⁊ hoc fuit
imaginatus galienus computando dies creticos
ſecundum ſeptimanas huius menſis.Ex quo pa
tet ſeptimanam medicinalem non eſſe integrā ex
aliquo completo numero dierum naturalium.pꝫ
2°.diem medicinalem non eſſe integrum diem na
turalem.Deficit enim a naturali die per vnā ho
ram min⁹.14.pte hore.patet.tertio cauſa quaꝛ 2ª
ſeptimana debet poni cōiuncta cū tertia ⁊ ſepata
a prima ⁊ quarto ſequitur ꝙ quarta dꝫ eſſe a 3.ª
ſepata. Quantuꝫ ad ſm arguitur primo cōtra
hanc pōnem ſic ex pōne ſequeretur aliquādo eē
egritudinem quando non menſuratur medicina
li menſe cōis falſum.qꝛ tunc egritudines notabili
tēpore ſtarēt qd̄ tēpus non eſſet cōputandū inter
creticos dies ꝯñs falſum.Et cōtra ga.⁊ modum
oium doctoꝝ q cōputādo creticos dies a pricipio
egritudinis nullū relinquunt diē nō cōputandū

ꝯña tamen arguitur q̃ in tẽpore in quo luna nõ
apparet qḋ eſt triũ dieꝝ ſm Ga.nõ eſt mẽſis me
dicinalis.Nã altero cõponẽtiũ deficiente deficit
etiam cõpoſitũ.ꝛ p ꝯñs cũ tũc nõ ſit mẽſis appi/
tiõis tũc non ẽ medicinalis ex eo cõpoſitus.2°.ꝯ
poſitionẽ arguit ex illa ſequit.13.eſſe magis creti
cã.14.ꝯñs ꝯtra ga.ꝛ ꝓbatur ꝯña q̃ due ſeptima
ne medicinales cõtinẽt.13.dies ꝛ.xi.horas ꝛ ideo
14.nõ hꝫ niſi.xi.horas creticas.ſed.13.hꝫ.12.igit
13.eſt magis cretica q̃ꝫ.14.argumẽtũ ẽ ſicut ſuum
de.20.ꝯtra mẽſem pagratiõis.3°.ex poſitione ſeq
tur ꝙ.61.eſt magis cretica q̃ꝫ.60.Nã.61.hꝫ.13.ho
ras cũ dimidia de cretica ꝛ.60.10.vno modo mi/
nus vt pꝫ calculanti ſꝫ vias gal.ꝯñs tñ ꝯtra ypo.
4.ſm huius mẽſis.4.nõ cõſeruant aſpectus ami
cicie vel inimicicie merito quoꝝ pugna inſurgit.
igit iſte mẽſis nõ ẽ rõnalis ad creticos inuenien/
dos. 5°.hec poſitio fũdat ſup falſo.ſupponit.n.
ꝙ ſemp tres ſint dies occultatiõis cũ tamẽ aliqñ
luna in mane ſolet ingredi ſub radijs ſol' ꝛ die.2°.
ita egredi vt appareat vt docet expiẽtia ꝛ alfraga
nus ametus.qñqꝫ ergo erit menſis pagrationis
28.dieꝝ ꝛ dimidij.6°.ſm motum lune in ſuo epici
lo qñqꝫ velocitatur.4.pagrationis qñqꝫ tardat.
igitur q̃ Ga.hic nõ diſtinxit vr inſufficiens fuiſſe
iſtis argumentis putat cõciliator põnem galieni
non fuiſſe verã. Quantã ad 3m.ꝛ pro opinione
conciliatoris intelligẽda ſupponẽdũ primo quod
quãtũ eſt ex pte motus lune maxime contingunt
criſes in determinatis diebus merito aſpectuum
tunc inuentorum lune ad locum principij egritu/
dinis iſta poteſt ſũi ex Tholomeo in centiloquio
ꝛ in primo quadri ptiti ꝛ ab aliebate.10.theorice q
ſm hos aſpectus maxime criſis cauſam aſſignat
ꝛ a gal.3°.creticorum.vbi etiam vult ꝙ ſm aſpe/
ctus quadrature fiunt magne mutationes ad bo
nũ vel ad malũ.ſꝫ varietatẽ initij egritudinis. 2a
ſuppõ iſti aſpectus maxime ſeruant ſm motũ pa/
grationis lune patet q̃ ſm iſtum motũ luna tran
ſit circulũ zodiaci totũ in menſe vno.Et iõ trãſit
per oẽs tales aſpectus.ꝛ pꝫ ꝙ iſti hoc mõ cõſide/
rantur ex aſtrologis. 3.ſuppõ.Aſpectus qui ſũt
cã criſ habẽt latitudinem ꝛ non conſiſtunt in pũ
cto.Iſtud patꝫ ex aſtrologis qui dicũt iſtos aſpe
ctus eſſe cũ latitudine tot graduũ quot ſunt gra/
dus lucis planete vel ſm quãtitatẽ orbis planete
qḋ in luna eſt ſeptẽ gradibus ante ꝛ 7m.gradibꝰ
poſt ita ꝙ luna exñs in primo gradu arietꝭ aſpicit
aſpectu.4.illud qḋ ẽ a primo pũcto cancri vſqꝫ
ad ſeptimũ gradũ cancri ꝛ retrocedẽdo vſqꝫ ad
23.geminoꝝ excluſiue.ꝓbat ħ i aſtrologia.4a.ſup
poſitio ꝙ motus pagratiõis corporis lune quo de
ſcribit circulũ zodiaci nõ eſt ſemp vniformis ymo
aliqñ velocior aliqñ tardior.hec ſuppõ patet ſup/
ponẽdo ꝙ motus ſimplices faciẽtes ꝛ pagratõeꝫ
lune in circulo ſignoꝝ ſunt tres ꝓprie.ſ.motꝰ epi
cicli lune ſup circũferentiã deferentis q ẽ tredeciꝫ
graduũ ꝛ.xi.minutoꝝ in die nãli.ſecũdus motus
eſt motus zenit capitꝭ ꝛ caude draconis tribꝰ mi/
nutis ad oppõitũ ꝑmi i die.tertius motꝰ ẽ motus
diuerſitatꝭ quo motu luna mouet in ſuo epiciclo
tredecim gradibꝰ ꝛ quatuor minutꝭ de gradibꝰ epi
cicli.Iſte aũt motuſ qñqꝫ velocitat curſum lune i
zodiaco vt qñ ambobus mouet verſus oriẽs qñ
qꝫ retardat vt qñqꝫ vno iſtoꝝ.ſ.motu diuerſitatis
mouetur verſus occidẽs.Nam luna exñte i auge
ſui epicicli ꝑ motũ diuerſitatis retardatur deſcrip
tio zodiaci ꝛ qñ ẽ in oppoſito auge velocitat.ꝛ qñ
eſt i medio nec velocitat nec tardatur.Ex quibuſ
tribus motibus fit motus cõpoſitus deſcriptiõis
circuli ſignoꝝ a luna q motus eſt difformis vt pꝫ
conſideranti dicta.ꝛ contingit ex hac varietate qñ
qꝫ ꝙ luna in dieтna deſcribit oẽs.3.gradus zodia
ci.Et ideo in ſex talibus diebus pagrat quartam
vnam zodiaci qñqꝫ ẽt peruenit ad aſpectuꝫ quar
tanũ qñqꝫ aũt contingit quod ꝑp retardationem
non ꝑtranſit.xij.gradus integros in die vt qñ iſti
motus eſſent ad oppoſita.Et ideo tunc aſpectus
quadratur accideret i fine octo dieꝝ. 5nta ſuppõ
aſpectus quos maxime cõſequitur criſis ſũt aſpe
ctus quadrature aut oppõnis aut cõiunctiõis hec
ſuppoſitõ eſt Ga.3°.de creticis ꝛ oium aſtrologoꝝ
Iſti.n.ſunt aſpectus inimicicie aut complete aut
medie ad illum morbum qui in tali die inchoauit.
Et ideo morbum imprimunt.ꝛ cum hoc mouent
inimiciciam ipſam augẽdo.ꝛ iõ ad criſiꝫ ꝛ pugnã
incitant. His habitis ſit iſta prima concluſio.
Menſis ſecũdũ cuius quartas fiunt dies cretici
radicales eſt menſis pagrationis.Iſta concluſio
probatur primo.q̃ aliquando oꝫ eſſe de quatuor
ſupradictis ꝛ nõ ẽ menſis medicinalis Gal.vt pꝫ
per rõnes ſupra factas nec menſ coniunctionalis
vt pꝫ per rõnes Gal.nec mẽſis appitionis vt pꝫ p
primã rõnem ꝯtra gal.factam que equaliter ꝯtra
Auic.procedit.Reſtat igitur ꝙ iſte ſit menſ pera
grationis.confirmatur.q̃ ſm illius menſ quartaſ
cõputande ſunt cretice radicales.ſm cuius quar
tas ſupueniũt aſpectus.qui ſunt criſ cauſa.ſꝫ iſte
eſt menſ pagrationis ergo ꝛc.Maior ẽ p ſe nõ q̃
hũc menſem non cõſideramus niſi ad inuenien/
dum criſes.ſecũdum quartas menſ.Minor võ
pꝫ ex ſuppõne.2a.Ex iſta prima concluſione ſeqt
14.diem plus habere de cretico q̃ꝫ habeat.13.ꝓba
tur.Nam hic menſis eſt.27.dierum.ꝛ.8.horaꝝ
fere.Et ideo ſeptimana erit.7.dies minꝰ.4.horis
ꝛ per ꝯñs due ſeptimane conſtituunt.13.dies ꝛ ho
ras.16.ſunt ergo i 13.octo hore cretice ꝛ in.14.ho
re cretice.16.ꝛ in hoc iſta põ excedit poſitionem
Gal.Nam Gal.dũ nititur inuenire menſem ſecũ
dũ cuius diuiſioneꝫ 20.plus habeat de cretico q̃ꝫ
14.dedit.tunc.13.plus de cretico q̃ꝫ.14.quod non
facit.hec poſiº Sequit ſecundo.21.ꝛ.20.eſſe qua
ſi equaliter creticas.patet.quia tantuꝫ habet vna
de horis creticis ſicut alia.Et iõ iter ſe ſunt equa
les:ꝛ in criſi.p cõmotionẽ aũt magis ẽ cretica.20.
ꝛ hoc ſit pro hijs que vidit Gal.q hãc cõmotiõeꝫ
vocat criſim vt dixi ſupra licet in criſi pro euacua
tõe ꝛ alteratõe vigeſimaꝑma erit magis cretica ꝛ